SYNONYMORUM SYLVA,

A SIMONE PELEGROMO Collecta, & Alphabeto Flandrico ab eodem Authore illustrata:

Nunc autem è Belgarum sermone in Anglicanum transfusa, & in Alphabeticum ordinem redacta, per *H. F.* Ab eodem denuo multis locis emendata & aucta.

Accesserunt huic editioni Synonyma quædam Poëtica, in Poësi versantibus perquàm necessaria.

LONDINI,
Excusa pro *Guil. Kirton*, & prostat apud *Virgilium Sawbridge*, 1668.



[T]ERRANUM
SYN[O]NIMIS
Ad Lectorem.

UT Studiosus delectum quendam Synonymorum habere possit, ac modum variandæ orationis per Synonymiam, nos ex paucis, veluti per transennam, indicabimus: Nam plenam ac perfectam doctrinam ea de re tradere, jam non est nostri instituti, nec illa brevibus vel paucis absolvi posset. Quare exactam & accuratam methodum aliis relinquimus ac permittimus, quibus vel tantum otii supereſt, vel quos id studiorum genus delectat. Nobis satis erit, si vel viam utcunque monstraverimus. Ea autem Synonymorum, sive per Synonymiam, variandi ratio, primùm ac omnium maximè ex Dialectica traditione desumi poterit. Nam Dialectica maximè omnium, ante omnia, id agit, ut doceat nos de rebus, propriè, certò, appositè, ordinatè, ac infallibiliter loqui. Ac ideo præscribit nobis, quomodo omnium rerum essentiam, sive existentiam, aut subsistentiam, genus, species, proprietates, conditiones, accidentia, quantitates, qualitates, relationes, actiones, passiones, tempora, locos, situs, habitus, dispositiones, formas & figuras, cognata, affinia, partes, similitudines, contrarietates, causas, officia, & effectus, sicut Dialectici Doctores præcipiunt, collocare possimus. Ex ejusmodi conditionum, proprietatum, accidentiũ & causarum multiplicitate, nascitur rerum appellandarum & describendarum multitudo ac varietas. Primùm enim à genere, sicut à patre, avo, &c. liberis imponuntur nomina, ut Agamemnon dicitur à patre Atrides, Hector Priamides, Achilles Aacides, &c. Et Romani dicuntur Dardani à Dardano, Æneadæ ab Æneâ, Romani à Romulo. Deinde à specie oritur generalis appellatio, ut cùm hominem aliquoties animal vocamus, aut justitiam virtutem dicimus, & pium dicimus qui omni virtute ac Christianâ fide est præditus. Secundo & à differentia sumuntur appellationes, sicut animus dicitur Anima eo quòd vegetat, Spiritus quòd contemplatur, Sensus quòd sentit, Animus quòd sapit, Mens quòd intelligit, Ratio quòd dijudicat, Memoria quòd re-

cordatur, Voluntas quòd vult. Sunt enim, quoad Subſtantiam, eadem. Differunt autem ejuſmodi qualitatum conditionibus. Sic etiam Flendi varia eſt differentia: Flere enim eſt lachrimis plangere, & eſt hominum tantùm Lachrymare, ſive lachrymari, & lachrymas effundere; & fit interdum ſine ſono, & transfertur etiam ad vites. Lugere, eſt valdè flere, & eſt in luctu ac lugubri habitu eſſe, ex obitu charæ neceſſariæque perſonæ. Gemere eſt, cùm præ anguſtia ex pectore ſonus erumpit. Plangere, eſt percuſſione ac verberatione pectoris, capitis, vultûs, aliorumve membrorum ſe dolore afficere. Plorare, eſt vóce [illegible] effuſâ dolorem ſuum aperire. Atque hinc proveniunt ſpecies, ut Animæ ſpecies ſunt: Anima, Spiritus, Senſus, Animus, Mens, Ratio, Memoria, Voluntas. Fletûs ſpecies ſunt: Lachrymæ, luctus, gemitus, planctus, ploratus. Odoris boni, ſpecies ſunt: Sapor, acor, nidor. Mali verò: Fœtor, pædor, putor, rancor, ſqualor, ſordes, ſitus. Ac aliquoties ejuſmodi ſpecierum vocabulis promiſcuè utimur.

Tum etiam à proprietatibus rerum fit denominatio, ut hominem à loquendi proprietate ſæpe loquacem dicimus, etiam locutuleium, item etiam dicacem, alias blateronem, blateratorẽ, aut etiam nugonem, nugatorem. Et ab edendo: Edacem, edonem. A bibendo: Bibacem, bibulum, biboném, biboſum, bibaculum. Simili modo & ab Officiis ſortiuntur ſæpe varia ac multiplicia nomina, ut cùm Joannes dicitur Baptiſta; Lucas, Evangeliſta atque etiam medicus; Paulus, Apoſtolus; Et Julius dictus fuit, Tribunus Quæſtor, Ædilis, Pontifex Max. Prætor, Conſul, Cæſar & Imperator; ſcilicet ab officiis, quæ ſubinde geſſerat. Nam ita poteſtatum & officiorum innumera fere extant nomina. Ad eundem modum artifices ſua accipiunt nomina: ut, agricola, ſive agricolator, ab agris colendis; Ruſticus ſive Ruricola à rure colendo; Colonus, à terra colenda. Hinc ſunt denominationes Fabrorum lignariorum, ferrariorum, ſerariorum, auratiorum, argentariorum. Ejuſmodi denominationes fiunt aliquando etiam à reliquis accidentibus, velut ab actione & paſſione. Nam deus dicitur Factor & Creator cœli & terræ. Et quæ facta ſunt, dicuntur facturæ & creaturæ; item opus manuum ejus. A tempore, ſicut habitacula quædam nominantur æſtiva, aut hybernalia, vernalia, brumalia, ſive hyemalia: Item homo ab ætate, infans, puer, adoleſcens, juvenis, vir, ſenex, decrepitus. Sic adoleſcens dicitur Ephebus. Et puella nubilis, apta, matura viro. Et ſæpe res pro temporis varietate varia ſortiuntur nomina, ut Hieruſalem dicebatur primùm Jebus, deinde Hieruſalem; &, poſt devaſtationem, Ælia.

A loco, ut, qui apud Græcos dicebantur Philoſophi, apud Perſas Magi, apud Gallos Druydæ, apud Indos Gymnoſophiſtæ, apud Ægyptios Sacerdotes, apud Hebræos Prophetæ, apud Latinos Sapientes, & apud Aſſyrios Chaldæi nominabantur.

A ſitu, ut Hieruſalem, à monte Zion, etiam Zion appellabatur.

Ab habitu, ut Philoſophus, Orator, Poeta, Muſicus, Theologus, Juriſta, Medicus.

A forma & pulchritudine, ut cùm aliquam nominamus Venerem, Helenam:

nam: aut etiam à deformitate, ut cùm dicimus aliquem esse Thersitem, Æsopum, Corythæum.

A figura, ut quando mensarios orbiculos à rotunditate Orbes, sive à quadrata figura Quadratas dicimus. Sic mensæ etiam Tripodes dicuntur.

A cognatis, ut ab Æmylio cognominatur familia Æmylianorum, sive Æmyliani, ab Israele Israelitæ, ab Ismaele Ismaelitæ, à Juda Judæi, &c.

A similitudine, ut ubi hortos appellamus Paradisos, Puellas Veneres.

A contrarietate, ut cùm bellandi exercitium Bellum dicimus, quasi minimè bellum, hoc est bonum. Aut quando, per Ironiam, aliquem vocamus Poetam, Musicum, Oratorem. Aut, ut est in proverbio, Tertius Cato, Octavus Sapientum, Alter Hercules. Sic & à causis, variæ & diversæ sumuntur appellationes: ut à causa efficiente Occisor, Necator, Interfector, Trucidator, Homicida, Patricida, Matricida, Fratricida, Adulter, Mœchus, Mœchator, Pater, Genitor, Author sobolis, Parens, Mater, Genetrix.

A materia, ut à terra dicuntur homines terreni, terrestres, terrei, humei, quasi ex terra humoque facti; Janua ferrea: A literis literatus, literarum peritus, sciens, expertus. Sic librum sive volumen vocamus Codicem à materia, eò quòd ex corticibus olim compingebantur libri.

A causa formali, sicut liber dicitur Volumen à volvendo. Item fur dicitur Manticularius sive Manticulator, marsupicida, saccularius, peculator. suppilator, eò quòd furando ejusmodi formis & modis uti solet: manticulas enim attrectat, ut furetur; ac inferens se confertæ multitudini, marsupia aut secat, aut artificioso dolo aperit, evacuat, & pecunias aufert. Tum à marsupiis secandis, sive abscindendis marsupicida dicitur: vocatur & saccularius à sacculis sub veste latentibus, in quos furtivam rem reponit. Et peculator, quòd aliorum bona furtivè sibi peculiaria & propria, ac ad se pertinere faciat. Et suppilator ab eo quod clanculariè rapit. Sic negotiandi forma est, inire commercia, exercere commercia, sive mercaturam, mercari & contrahere commercia. Negotiator enim à negotiando hisce formis utitur. Primùm enim init commercia, hoc est, aggreditur mercandi negotium: Deinde inter negotiandum exercet commercia, sive mercaturam. Tum qui vult mercaturam exercere, opus est ut mercetur, id est, emat ac vendat merces; Postremò necesse erit ut emptas merces in unum contrahat, atque comporter. Et causa efficiens, appellatur negotiator, exercens commercia sive mercaturam, mercator. Sic etiam uxoris ducendæ forma est, Contrahere, inire matrimonium, jungi fœdere matrimonii, copulari, sortiri conjugium, vinculis jugalibus sese innectere, ducere uxorem: Nam matrimonii copulatio est quodammodo contractus. In istiusmodi verò contractu duo junguntur ac copulantur fœdere matrimonii; atque ita demum sortitur, id est, sorte sive fato quodam acquirit conjugium, atque sese ita annectit vinculis jugalibus, ac postremùm ducit uxorem secum domum.

Pœnitentia sive pœnitendi forma est, duci pœnitentiâ, subire pœnitentiã agnoscere peccatum, errorem, & culpam. Dolere, tristari, angi, cruciari pro-

pter peccatum, errorem, & culpam; Timere, formidare, horrere iram, minas ac judicium Dei, pœnas, cruciatus, ignes infernales, ac mortem æternam. Nam qui pœnitet, ducitur quodammodo à vita impœnitente, ad vitam pœnitentem; ab errore, ad veritatem; à peccato, ad juſtitiam. Et qui patitur ſe duci, is quodammodo ſubit jugum pœnitentiæ. Et id fit dum tandem incipimus rectè ſapere, ac intelligimus agnoſcimuſque hactenus nos errasſe ac peccaſſe, nos incidiſſe in iram ac judicium Dei, ac meruiſſe æternum ſupplicium; Huc ubi ventum fuerit, tunc incipimus dolere, triſtari, mœrere, angi, cruciari, ac omnibus modis affligi; tunc cor incipit timere, pavere, formidare, ac horrere iram, minas, ac judicium Dei.

A cauſa finali; nam ubi tres cauſæ anteriores recto & juſto ordine præceſſerunt, tunc ſequitur finis rectus ac bonus: Sin minus, ſequitur finis pravus; ut ubi appellamus aliquem doctum, literatum, eruditum, gnarum, peritum, ſcientem, expertúmque. Nam is ſolet eſſe finis bonæ inſtitutionis: Eodem modo quoties appellamus aliquem Poetam, Oratorem, Muſicum, &c. Contrà, qui nihil diſcit, neque à quoquam inſtitutus eſt, eum vocare ſolemus, Idiotam, indoctum, inertem, inexpertum, illiteratum, rudem, &c. Nam is finis comitatur eos qui diſciplinam aſpernantur ac negligunt. Ita, candide Lector, vides unde fiat, & quibus ex fontibus proveniat, quòd ſæpe uni rei plures appellationes aſcribantur, & quod de una eademque re plurifariam ac diverſis modis loqui ſolemus; ita tamen, ut ſemper eandem & nullam aliam rem intelligamus. Nempe ſi dialecticos locos (quibus unamquamque rem deſcribere, ac definire ſolent) probè conſideraveris, in juſtam ordinem tibi præſcripſeris, memoriæque mandaveris, tum ſæpe vel ex ſingulis aut pleriſque ex locis unamquampiam vel denominationem, definitionem, vel deſcriptionem deſumere, atque orationem tuam variare poteris. Nam hoc ipſum & Grammaticus, Dialecticus & Rhetor agunt. Grammaticus enim, ubi tibi deſcribit vocum ſignificationes, ac vult tibi earundem ſignificationem, rationem, & cauſam reddere, tunc ducit ſuam rationem ſive cauſam à quopiam iſtorum locorum, & ait: Hæc res inde ejuſmodi ſignificationem habet, nempe à patre, à majoribus, ab ejus auctore, ab officio, à loco, à ſitu, ab habitu, à tali forma ſive figura, à materia, propter hunc finem, &c. Tum ſi inſpicias, quos tradit Grammaticus varios loquendi modos, tum advertes ejuſmodi loquendi modos ex hiſce promanare fontibus; ut cum dicit, Dare negotium idem eſt quod mandare: Nam mandati cauſa finalis eſt negotium, ita ut qui mandatum velit exſequi, negotioſus ſit neceſſe eſt. Dare palmam, idem eſt quod victoriam concedere: Palma autem ſignum eſt victoriæ; qui ergo palmam alteri præbet, ſignificat eum victorem. Dare effectum, ſignificat expedire; Qui enim rem aliquam effecit, elaboravit, abſolvit, jam offert, dat ac præbet ei, cui debet. Emungere pecuniam, i. e. extorquere pecuniam, à ſimilitudine; Facilius enim quiſpiam à quopiam è naſo mucum emungeret, quàm à ſene pecuniam

adipiſ-

adipiſceretur. Obire munus, eſt acceptare officium; Qui enim officium acceptat, videtur obire ingens negotiorum munus. Ita ubi lubet, ſi modò animum advertas, experieris in omnibus loquendi modis aliquam ſubeſſe cauſam. Sicut Eraſm. in ſuis Chiliad. nihil aliud agit, quàm ut doceat, unde, & quibus ex cauſis Proverbiorum ſententiæ ortæ ſint. Deinde, & idem agit Dialecticus in ſuo dicendi genere. Nam poſtquam rerum conditiones ac proprietates per locos ſuprà nominatas edocuit, tum inde porro reliquam ſuam tractationem proſequitur. Docet enim inde conficere definitiones, diviſiones, propoſitiones & argumentationes. Et daturus alicujus rei definitionem, ſumet eam, aut ex rei eſſentia aut à genere per ſpecies, aut per propria, aut ab accidentibus, aut à cauſis, aut officiis, aut membris, &. Deinde oſtendens definitionum, certitudinem veram, Synonymiæ rationem tradit. Docet enim definitiones ac propoſitiones convertendas, atque ita experiri, an converſæ æquipolleant. Nam primùm poſtquam rem aliquam docuit definire ex rei ſubſtantia, tum definitionem docet convertendam, hoc eſt, aut ſubjectum in locum prædicati, ac prædicatum in locum ſubjecti collocandum, aut ſignis aliquibus adjectis aliquo modo commutandum: ut, potus eſt liquor ad bibendum aptus. Hac definitione datâ, jubet eandem definitionem tranſpoſitis vocabulis convertere, ac ſic indagare, an definitio ſit vera ac certa, nempe ita: Liquor ad bibendum aptus eſt potus. Ecce jam habes Synonymiam; nam utro modo efferas, idem ſonat: Sic avaritia, eſt omnium rerum cupiditas; omnium rerum cupiditas, eſt avaritia; & ſic agit Dialecticus in omnis generis definitionibus.

Poſtremò etiam Rhetor, etiamſi omnia ornatè, eleganter, amplificè ac ſplendidè dicere ſtudeat; & omnem ſuam dicendi rationem, ad applauſum vel audientium vel legentium inſtituat, tamen hiſce ſuprà nominatis dialecticis locis, ceu fundamento, nititur. Nam utcunque rem amplificent, tamen cuncta argumenta ad hujuſmodi locos referri poſſunt, ſicut illorum libri nobis multis & pleniſſimè tradunt. Huc facit etiam, quod Rhetores plurima de Schematibus, tropis ac figuris dictionum, locutionis ac ſententiarum præcipiunt. Hujuſmodi enim præceptionibus, nihil aliud agunt, quàm ut nos erudire conentur, quàm variis modis ac figuris eandem rem nominare, vel eandem ſententiam efferre valeamus. Quare qui Synonymiæ ac orationis variandæ rationem perdiſcere deſiderat, is dicendi artes, hoc eſt, Grammaticam, Dialecticam, & Rhetoricam quàm diligentiſſimè ediſcat, præcipuè vero Dialecticam, & maximè eâ parte, ubi locos proponit, quibus rerum conditiones, proprietates, accidentia & cauſas explicat, quos quiſque ſibi quàm familiariſſimè efficiat, ac ita perdiſcat, memoriæque commendet, ut eos ad unguem calleat. Sic enim & Grammaticorum & Rhetorum præceptiones quàm dexterrimè intelliget, & ad dicendi facultatem commodiſſimam viam ſibi parabit. Tum etiam plurimum faciet

ad Synonymiæ rationem, qua discet de una re plurifariam loqui, quos deinde loquendi modos sibi quisque ad suum usum reservabit, quos postea ad quamvis causam pro rerum ratione ac circumstantia accommodare poterit. Nam Synonymia & ratio variandæ orationis etiam eò valet, ut inde etiam vocum & orationis proprietas perdiscatur. Ubi enim didiceris de una re variè multisque modis loqui, tunc judicium est adhibendum, qua in causa, quo loco, quo tempore, apud quos, quivis loquendi modus adhibendus sit: Id quod quisque usu & exercitatione perdiscet. Adhæc, non parum ad rem faciet, si studiosus puer diligenter & assiduè versetur in legendis bonis authoribus, ac in eis attendat & noret, quibus quisque loquendi modis uti soleat, quò eorum imitatione etiam sibi elegantem dicendi facultatem parare possit. Quamobrem, studiose lector, aliquot tibi in hoc libello ex bonis authoribus exempla proposita sunt, quibus & uti possis, & ad horum imitationem similia & plura affingere valeas. *VALE.*

A

An Abbot, vide Bishop

To Abash, to fray, to fear

COnturbare metu, Terrorem, metum, vel pavorem alicui afferre, injicere, incutere, inferre; terrefacere, stupefacere, obstupefacere, obstupere, obstupescere, stupere, terrere
Et faciunt gemino cusis & unda metus
Concussa pectora, animi turbati
Dum stupet obtutuque hæres defixus uno
Obstupuit, steterantque comæ, & vox faucibus hæsit.
Attonitus visu ac voce Deorum
Attonitis inhiare animis,
Animo exterritus
Obstupuere animi, vide to fear

Abashed vide Astonied.

To abate in Reckoning.

Decidere partem, quod vulgò dicimus defalcare, detrahere, subtrahere, decurtare, Cic. Tuam partem dimidiam quemadmodum vis, decide
Decidere partē, apud Plautum, pro demere summam
Deducere de rationibus

To Abate in courage vide a Base mind, and dispair

To Abhor a thing, vide to Loath.

To Abide, to suffer great griefs or pains.

Sustinere, pati, ferre dolorem immodicum, gravem, acerbum, incredibilem, qui vix ferri possit
Acutissimum capio, suscipio, haurio, traho dolorem
Cruciatibus angor, conficior, torqueor, vexor, perturbor, frangor, discrucior, divellor, dirumpor, perimor, interimor, exanimor, opprimor, perdor
Omnes mentis meæ partes dolor exagitat, divexat, perturbat, afficit, gravat
Concidit, cecidit animus ictu doloris, vi curarum, concursu molestiarum labefactatus, convulsus, percussus est
Jaceo in mœrore ac sordibus
Curis & ægritudine maceror
Contabesco acerbâ solicitudine, gravi curâ, angore, ac mœrore, vide to suffer

To be Able, to may or can.

Valere
Posse
Queo, Salust.
Potesse apud Comicos
Habere potestatem, facultatem
Vires, vim habere
Potens esse
Viribus valere ad aliquid agendum

Able, vide Apt.

Not Able.

To Abolish, to undo, to disannul, or repeal.

Irritare, Irritum facere
Cassare, Infirmare
Leges rescindere
Decreta scindere, Revellere
Invalidum reddere
In nihilum redigere, Tollere.
Retexere, Revocare
Leges, tabulas reficere, frangere
Abrogare, Antiquare, Abolere
Annihilare, ἀνυφεῖν
Consuetudinem malam radicitus evellere, S. distinct.
Inducere decretum, Senatusconsultum, Sueton.
Inducere locationem, pro irritum facere contractū. & abrogare, Cic. Hic ager omnis quoquo pacto coemptus erit, tamen ingenti pecuniâ vobis inducitur
Rumpere rogationes
Edicta rumpere, apud Hor.
Errores crassos, cacoethes, abusus, superstitiones in Ecclesia subnatas abrogare, tollere, expungere, corrigere

Abolished, vide out of use.

Absolute, perfect.

Perfectum, Absolutum
Completum, Plenum
Summum, Elaboratum
Expolitum, Perpolitum
Expletum omnibus suis partibus
Omnes numeros habens, ut Stoici dicunt
Dextrum, id est, Perfectum, Virg.

To Abstain from meat,

Cibo parcere, parciùs uti
De cibo detrahere, temperare, abstinere, moderari, vel ei cibum minuere

Abundance, plenty.

Abundantia, Exuberantia
Multitudo, Affluentia
Opulentia, Satietas, Plenitudo
Copia, Luxus, Uberras

Prodiga

Prodiga rerum luxuries
Redundantia, quam vulgus superfluitatem vocat

Abundant, plentiful.

Affluens, profusus
Abundans, περιττόμυθος
Redundans, Supervacuum
Superfluum Supervacaneũ
Uber, Exuberans
Copiosum, Cumulatum
Dives, Locuples
Supra vota suppetens

Abundantly, plentifully, or copiously.

Abunde, Abundanter
Ubertim, Profusè
Uberrimè, Dapsilè
Affluenter, Satis supérque
Copiosè, Affatim
Largiter, Largè
Locupletissime, Cumulatim
Cumulatissimè, Plenâmanu
Pleno cornu, Ampliter
Optimè atq; opiparè Plaude.

To abound in great plenty, have great store.

Abundare, περισσεύειν, Redundare
Scaturire, Superare
Superabundare, Exuberare
Superfluere, Profluere
Affluere tam bonis quam malis
Copiam habere magnam & luculentam
Supra modum quippiam possidere
Circumfluere, Cic. d Ar. 2.
Circumfluens gloria, Scatere

Acceptable, vide Dear.

To account, or reckon.

Reddere, seu etiam facere rationem expensam
Referre rationem seu impensam
Impensam ad calculum rejicere
Computare, ψηφίζειν
Calculum ponere seu rationem
Supputare
Συναίρειν λόγον in Evang.
Ratiunculam reddere
Ratiunculam subducere
Λόγον καὶ λόγους συναίρειν
Sumptuum rationem subducere
Ακριβολογισθῆς
Calculare, Ratiocinari
Ad calculum reducere, Cic.
Facere calculum
Ducere rationem, λογίζεσθαι
Subducere ad nummum
Facere computationem, apud Asco.
Dare calculum, rationem
Rationem inire
Ad calculos notare
Rationem rectè scire subducere
Rectam rationem colligere, constanti ratione to cast a true account.

My accounts being cast up I shall know my losse.

Putatis, Supputatis, Ductis subductis rationibus, rerũ mearum faciam colligam percipiam, perstringam conficiam, deprehendam intelligam, sentiam rei familiaris jacturam, Damnum, Detrimentum

An account, or reckoning.

Ratiocinatio, λόγος
Supputatio, Subductio
Computus, & computatio vulgo dicitur, sed minus Latine
Expensarum ratio, apud Ciceronem, est ratio sumptuaria
Ratio dari & accepti, expensi & accepti, calculus
Tabulæ accepti & expensi
Conficere tabulas rationes in ordinem, quod vulgus dicit Registrum facere, inquo scilicet accepti datique ratio notatur
Expensi, impensique rationem deferibere, to write a reckoning
Codex liber rationarius, registrum vulgo dicitur, a reckoning book.

To oversee or examin an account.

Rationes dispungere, significat data & accepta conferre, excutere & examinare. Hinc dispunctio pro diligenti examinatione perpunctationeque accipitur, ut scribit Alciatus quod veteres solitifuerint rationes quum data & accepta constitissent, transverso puncto confodere, Rationes diuperactas absolutasque recognoscere

Of no account.

Nullius pretii, Infimæ conditionis, obscuri loci, nullius ordinis
Despectus, abjectus, contemptus
Nulla multorum laude commendatus, honestatus, nobilitatus

A master or auditor of accounts.

A rationibus, A calculis
Ratiocinarius, quem Cic. vocat calculatorem
Magister rationum curiæ quem contrariò Tarium, vulgo vocant, Comptroller.

Of one accord, consent heart, or will.

Unanimis

Unanimis, vel Unanimus
Concors, consentiens

With one accord and consent.

Unanimiter
Conjunctis sententiis
Concorditer
Una mente, uno ore, pari voto & uno consensu, uno animo atque una voce, vide consent.

To do a thing with one accord or consent.

Cõpositoré gerere, agere, facere
Ex pacto, ἐκ συνθήκης, composito rem gerere
Facere de compacto, apud Plaut.
Ex cõposito ἐκ παραλόγου
Compositopacto factum est, Terent.
Nihil non ex composito fecimus
Pactum servavimus, Plin.

To accuse one, or to lay to his charge.

Arguere aliquem furti, pecuniæ interversæ
Dicam scribere, vel impingere.
Crimen objicere, pro quo inferre crimen, Cicero dixit
Crimen intendere
Accusationem contra aliquem instituere
Contravenire, Cic.
Crimen impingere, quod Græci
Δίκην ἐπάγειν dicunt
Αἰτίαν δούναι κατά τινος
Reum agere, Accusare, poscere
Incusare, Culpare
Insimulare, Sugillare
Criminare, Deferre aliquê:
Aliquem in crimen vocare:
Furti aliquê alligare, agere:
Crimen conferre, conjicere in aliquem
Crimina Congerere
Judicare reum
Acquirere capite vel capitis, pro criminaliter contra aliquem procedere
Similiter Accersere, vel arcessere aliquê in judicium capitis, Cic. unde capitis accersiri, to accuse of a deadly offence or crime: apud Plutarchum.
Capitalibus criminationibus, mendacibus calũniis capitis aliquem expetere
Calumniari
Criminibus falsis insimulare
Falsum crimen intendere in aliquem, to accuse falsly.

Not accustomed to labour.

Nondum es assuetus, assuefactus laboribus
Labores ferre, sustinere non consuevisti, sensisti, tulisti
In laboribus non versatus, inexercitatus, rudis & insolens es
Nondum tibi labor familiaris est
Laboris impatiens, vi. wont

Acquaintance.

Notitia, Consuetudo, Conversatio.
Conjunctio, Familiaritas, usus.

To atchieve, vide End.

To be acquainted or familiar with one, to be conversant or keep company with.

Agere consuetudinem, exercere
Familiariter uti, Victitare
Domesticam agere consuetudinem,
Versari, Conversari
In perditissima juvenum colluvione versari
Commercium habere, seu rationem
Unde malorum commercio reddimur deteriores.

To enter an action in the Law against one, or to sue one in the Law.

Citare, in jus Citare,
Litem movere, apud Ciceronem
Trahere ad judicem, ad subsellia
Per fora trahere
Actionem intendere, instruere, to make his complaint
In jus ducere, trahere, vocare, rapere, Ἕλκειν
Obtorto collo in jus trahere Hiero.
Educere in jus, litẽ intẽdere
Δίκην λαγχάνειν
Convenire aliquem in jus, ad judicem vocare, vocare in crimen
In judicium trahere, ducere
Καταγράφειν εἰς ἀγῶνα
Postulare aliqueminjuriarũ
Dicam alicui scribere vel impingere
Molestissimis litibus aliquem involvere
Odiosis aliquem divexare litibus
Diem dicere, vide to Sue.

An Act of Parliament. vide Commandment.

Added or put unto.

Adscriptus, Annumeratus
Additus, Adscitus
Accersitus, Lectus
Receptus, relatus, positus, collocatus, recensitus in studiosorũ numerum, in amicorum album relatus.

To adorn, vide to beautifie

To advance, vide Promote.

To advance learning, vide Learning.

To advance upon fortune, vi Fortune and Danger.

An Adversary, vide For

Adversity vid. ill Fortune.

To Advertise secretly, vi. to warne and to put in remembrance.

Advised, vi. Circumspect.

By your Advice, vide by your Counsel.

To commit Adultery.

Adulterare, & Adulterari
Mœchari, μοιχᾶσθαι
Mœchisare, apud Plautum
Adulterium committere, inferre
Sitientibus agris propriis alienos irrigare, metaphoricos
Alienum arare fundum
Ἀλλοτρίαν ἀρᾶσθαι ἄρουραν
Cum alienâ uxore rem habere, Capere usurâ corporis uxoris alterius, apud Pla.
Alterius torum maculare, polluere.
Uxores aliorum futuere, permolere.

An Adulterer or Cuckold-maker.

Mœchus, Adulter, Horat. Taurus dicitur.
Cucullus & Curruca proverbio dicitur, apud Juvenalem & Plaut.
Mœchus, Adulter, Succuba
Alieno marito se subjiciens

Adultery.

Adulterium, Mœchia, furta
Incomplexus
Stuprum apud Quintilianũ & Plautum pro eodem

To Admonish, vide Exhort

An Advocate, vi. Atturney

Affability, vide Courtesie, Affection.

Affectus, Studium Animus, Voluntas, Libido, vi. will

Affectionately.

Intimè, Cupidè, Ambitiosè Curiosè, Voluntariè, ultrò

To affirme, or assure.

Adserere, vel asserere
Astruere efficacibus argumentis
Certò dicere
Polliceri pro affirmare, apud Cic.
Συμβιβάζειν, Asseverare
Affirmare, διαβεβαιοῦσθαι
Instare factum, Terent.
Ille instat factum
Omni asseveratione confirmare
Asseverantiùs dicere
Corroborare. Ratum habere
Pleno ore affirmare, ut aiunt, nam verò periculum non ad me reçiplo solùm

Afterward, or after this.

Postea. Postquam
Post aquam, posti, ubi,
Post ubi, Simulac.

Again, et sooth.

Rursus & Rursum
Ἐπαναλιν, Iterum,
De Itera o in sacris literis Secundo
Ex integro De integro
A novo vulgus dicit
Vicissim per vices, vice versâ
Ἀμοιβαίως Alternatim, ἀμοιβαίας

Alternis, Alternè, ἀμοιβαίως
Nunc unum, nunc aliud.

Against, or contrary

Contra, κατὰ cum gen.
Adversus & Adversum, præpositiones. Præter, Terent. Præter civium morem atq; legem. In cum accusativo.
Ad pro contra quoq; ponitur.
Erga, sed sæpissime in bonã partem, quamvis etiam in malam reperiatur, apud Tacitum & Livium.

To be against, or contrary.

Adversari, Obsistere, obstare
Oppugnare, Impugnare.
Resistere, obluctari, reluctari, Obniti, Reniti, Repugnare.
Contra stare.

Age, time, everlasting, perpetual.

Ætas, seculum, ævum
Perpetuus, a, um. Sempiternus, a, um
Sempiternitas
Æternus, a, um
perpetuitas, perpetuò adver.
Æternitas, vide Old.

Aged or old of 12. years.

Annos duodecim natus est
Duodecimum ætatis annum agit
Ætas ejus est duodecim annorum
Duodecimum ætatis annũ non excessit, non egressus est

The prime, the flower of age or time.

Flores ætatis, Integra, Firma, Valida ex ætate.
Ætate vigens, Validus & Firmus ex.

Of one of like age.

Coævus, ὁμήλιξ, ὁσίτης
Coætaneus, Æquævus
Ejusdem ætatis, eâdem ætate
Æqualis
Collactaneus, simul lacte nutritus
Ætate conjunctus
Par ætate & annis
Contemporaneus
Synchronius, συγχρόνιος

Aged, vide old.

To agree, vide to consent.

To agree with the time, to be even, and jump with the World or time.

Omnium horarum hominem agere
Comparare se ad omnia
Regionis moribus servire, obsecundare
Se moribus quorumlibet attemperare, accommodare
Scire foro uti
Servire scenæ occasioni
Polyp mentem habere
Ῥᾳδιούργως πρὸς ἀχθῆ
Rebus præsentibus, tempori, loco se accommodare
Insanire cum insanientibus
Τοῖς μετὰ μέρους συμμαίνειν
Uti foro, tempori cedere
Tempori servire, pro tempore agere
Καιρῷ λατρεύειν, Phocyll.
Omnibus vel tempori se accomodare
Διαπαιδαγωγεῖν τὸν καιρὸν
Opportunitatem expectare
Καιρὸν παρατηρεῖν
Necessitati parere
Tempus spectare aptum
Observare temporis occasionem
Amiculum pro venti aptare flatu

Agreement or concord.

Concordia, Mutua gratia, Unio
Consensio, Pax publica
Tranquillitas voluntatum
Studiorum & Sententiarum summa consensio, Cic.
Consensus omnium rerum
Idem velle & Idem nolle
Eodem animo, eadem & sentire & decernere
Unanimitas
Unus omnium rationum consensus
Consentiens voluntas
Concordiâ parvæ res crescere, discordiâ vero splendidas maximasq; opes dilabi ac deflorere
Concordiâ respub. omnis constat quantumvis parva, necnon opes conservantur maximæ, & augentur exiguæ; Contra, factionibus & dissidiis opulentissimæquæque & celeberrimæ civitates funditus exscinduntur, vide Enemies.

An agreement of peace vide League.

To aid vide help.

The ayre

Aer ἀήρ, Cœlum, Aether
Jupiter pro aere, apud poetas
Æquor pro aere, apud Virg.
Inane pro aere, apud Lucr.

A sweet air, vide fair weather.

An ale-feast, vide banquet.

Aloft, vide high.

Although, notwithstanding.

Etsi, Etiamsi, Tametsi, Cumvis pro quanquam, Licet, Licèt
Quanquam, Quamvis, εἰκῆ

All or every one.

Omnis, totus, Cunctus
Universus, unusquisque
Quisque, Singuli.

To allure, to entice, or to win one by fair means.

Allicere, δελεάζειν
Allectare, ἄγειν, cum genit.
Lactare, Allectare
Variis allectare lenociniis
Pellicere, Illicere
Invitare, Lenocinare
Capere illecebris, blanditiis
Attrahere, excitare, inducere
Lactare mellitâ spe, delitiis
Præmiis, allectamento invitare
Signo quasi dato invitare
Omnibus modis allicere
Ducere quoq; pro illicere, inescare ac dilectione quadam oblectamentisq; demulcere ponitur
Delectare à delicere, sicut allectare ab illicere, et attrahere
Ἐφέλκειν
Attrahere in cassem, Inescare
Innectare, Impedire
Invisçare, Illecebris circumvenire
Illaqueare tricis, Irretire, vide flatter.

Pleasant allurements or inticements.

Allectamenta, incitamenta, Invitamenta, quæ vulgus Irritamenta vocat
Illecebræ, blanditiæ
Allectamenta, ἄγρευμα
Blandimenta, Demulcimenta Ille-

Illecebra singul. Lenocinia
Illicia, plurale ab illicium apud Ciceronem, Vilcatium, Ambio.

An allurer, an enticer, or flatterer.

Illex, Illiciens, Illecebrosus
Alliciens, Allectivus, αλαζών. vide flatterer.

An Almond.

Amygdala, vel Amygdalum
Ἀμυγδάλον
Nux Thracia, Nux Græca.

Almost, well near.

Benè, propè, ferè
Propemodùm, Ferme, Propediem
Μικρὸ ὀλίγου Quasi
Tantùm non, apud Erasm. Suet. Livi. v. Ide frequens
Parum best, Minimo minus
Paulò minus, antepenultima acutà, pro eodem frequens in sacra Scriptura, & apud Sueton.
Admodum, pro ferè, apud Livium.
Jam mitigati admodum animi,
Modò non, pro ferme, apud Terent.
Plerumque adverbium.

All over, vide every where.

Alteration of state, vide my state is altered.

To alter or change, as old fashions or customes are changed.

Exolere, exolescere
Inveterascere, Mutari
Contabescere
Obsolere & obsolescere

An Altar.

Altare, Altarium
Ara, βαμὸς.

Altogether, vide utterly.

Always, day and night, continually, without ceasing.

Die ac Nocte, Nocte dieq;
Ἀνύδυσι, νυχθήμερον
Semper, omnes per annos
Diu noctuque, Noctes & Tempus in omne (dies
Νύκτας τ' ἠ ἡμέρας
Continuè, Continenter,
In ævum æternum
Assiduè, indefessè, Continenter
Incessanter, Indesinenter.
In perpetuum
Ἀφειδῶς
Nullo puncto temporis intermisso
Ne punctum quidem temporis respirando. Sine interpellatione
Sine intermissione
Ne minimam quidem moram interponendo, Citra respirationem
Protinus, apud Virgilium
Perpetuò, jugiter
Nunquam non, Irrequieto labore
Noctibus continuare Dies
Ne genu quidem flexo
Οὐδὲ γόνυ κάμψας, Proverb. pro sine omni intermissione, Without ceasing.

Ambassadors, vide Posts.

Ambition, or a desire of glory.

Ambitio & ambitus, mediâ correptâ, sitis famæ
Sitis impotens honesti
Studium, cupiditas honorum, imperiorum
Gloriæ appetentia, apud Ambros.

Ambitious, or desirous of glory.

Appetens, avidus, cupidus famelicus gloriæ, famæ.
Sitibundus, Esurientissimus laudis
Immoderatè appetens honores
Ambitiosus, φιλότιμος
Honoris potentiæve cupiditate inflammatus
Non alienus ab ambitione
Cujus juvenilem obsedit animum gloriæ febris, vel sitis
Sitientissimus laudis
Magnarum pomparum amantissimus
Laborans ambitione
Thraso φιλόδοξος.

To be ambitious or to seek after praise.

Captare laudem φιλοφρονεῖσθαι
Affectare, venari gloriam
Gloriæ inhiare
Servire gloriæ, & propriæ laudi.
Vacare populari auræ aut gloriâ (ri
Honoris cupiditate titillari
Auram captare popularem, favorem, gloriam mortalium inanem
Populares ambire honores
Φιλοτιμεῖν, ambire munia
Petere prehensare honorem
Honorum, gloriæ cupiditate, siti famæ teneri, illici, capi, duci
Ferri ambitione
Expetere, aucupari famam
Ambitione auræ popularis teneri,
Conflare populares honores, & vulgi commendationes, & favorem undecunque captare.

Immodicus

Immodicos hominum rumusculos aucuparl, Cicero
Duel gloriâ, Cicero: ſi quis honore ac gloriâ ducitur
Ex laude pendere
Aucupare gloriâ, gloriolâ
Immodicis ſtudiis ad honores contendere
Laborare ambitione, cupiditate honorū. Honores petere
Inanes ſtare glorias
Gloriola afflatum captare
Gloriam appetere vel expetere, quærere, honorem affectare apud Sā. Honorem velificare, apud Ciceronem contra Rul.
Pendere à multitudinis aura
Applauſū captare humanū
In honorem quærendo totis viribus incumbere
Non ego ventoſæ plebis ſuffragia venor, Horat.

To amble.

Tolutim greſſus glomerare
Alterno crurum explicatu glomerare greſſus
Alipedes, πλεύμονες

An ambling horſe.

Gradarius, gradatim incedens, veſtigia modicè ac volubiliter tollens, εὔρυθμος
Aſturca, ab Aſturca oppido Hiſpaniæ, Teldones apud Plin. Aſturcones.
Mannus, idem quod Gradarius, quaſi ad manum manſuefactus, apud Horatium & Eraſmum, alii aliter ſcribunt
Tolutarius à tollendis & glomerandis pedibus Latinis dicitur
Tolutaris à Seneca vocatur
Gygerius, equus pumelius, apud Strabonem
Mannulus, equus, pullus, diminut.

To amend, or correct.

Corrigere, Caſtigare
Emendare, elimare.

To amend his life, or to turn to grace, and repentance.

Reddere bonam frugem
Ad bonam frugem ſeſe recipere
Converti ad meliorem frugem
A Corruptiſſima vita converti
Exuere vetus vitæ genus
Excuſſo vitiorum jugo ad emendatiorem reſurgere vitam
Vitæ caſtigatioris propoſitum ſumere
Recedere à vitio
Evadere ad bonam frugem
Vivere emendatiùs
Ad ſalubriora conſilia animum appellere
Reparare
Expiare ſcelus
Redire ad meliorem vitæ frugem
Benefactis penſare delictū
Redimere culpam præteritam
Pro egregia facta compenſare
Facere finem peccandi, vitiorum
A voluptuoſa ad frugi vitam redire
Sordes humanæ fragilitatis gratiâ pœnitentiæ emaculare
Ex abyſſo emergere peccatorum.

To make amends, vide to recompence.

Amiſſe, vide Ill.

To do amiſſe, vide to offend and to ſinne.

Amity, vide friendſhip.

Angry, wrath, fury.

Ira, Rancor, ὀργὴ
Iracundia, Stomachus
Bilis, Angor, χόλος
Indignatio, exeandeſcentia
Animi effervescentia
Animi pluraliter, Pone animos.

To make one angry, or to provoke one to wrath.

Movere, habere ſtomachum
Bilem alicui movere
Ad iracundiam provocare
Ciēre aliquem, Movere, ſimplex
Ad iram provocare
Iras inducere, colligere
Turbare alicujus animum
Laceſſere quempiam, amaricare
Exacerbare, Irritare
Aſperare, exaſperare
Exagitare, Infeſtare
Iratum reddere, incendere
Exurere irâ
Accendere cum accuſativo
Bilem concitare, conciere, commovere aliquem
Aggregare, Arrigere iras.
Inflammare aliquem verbis, excitare ad iram
Acuere furorem
Offendere, Lædere
Animum accendere, incendere
Stomachum facere, apud Cic.
Exulcerare alicujus animum
In cenſum dare, pro iratum facere, Terent.

Angry, or diſpleaſed.

Iratus

Iratus, infensus. Iracundus
Ità commotus, affectus, agitatus, adductus, impulsus incitatus, actus, accensus, inflammatus.
Iracundior Adriâ, qui irritabili est ingenio, very angry.
Iracundè, cum irâ, inflammato ore, ardentibus oculis.

To be angry, vide to chafe.

Angred, vide chafed.

To repress, or stay his anger or fury.

Iram, iracundiam reprimere, temperare, mitigare, cohibere, refrænare, concoquere, ponere, mulcere
Stomachum obrei indignitatem effervescentem ratione cohibere
Stomachum tenere, Horat.
Comprimere æstus iracundiæ
Rationis moderamine reflectere iræ appetitum
Placare animos
Iracundiam profundare Plaut.
Iræ modum, seu frænum ponere
Adhibere modum, vel moderationem
Dare locum iræ, apud Paul. ad Rom. 12.

To animate, vide encourage.

Any.

Aliquis, Ullus, Quispiam, Quisquam, Quivis, alius.

Anon, vide out of hand.

Answer, or to make an answer.

Respondere
Responsum dare, reddere, jactare
Ἀποκρίνειν
Verbum proloqui, Terent.
Dare orationem pro respondere, Plauto frequens
Subjicere, absolutè
Labra resolvere, ora reserare.
Subservire orationi, apud Terent.
Reddere vocem, sonos, verba
Inferre, tangere verba verbis
In verba prorumpere
Suscipere, apud Virgil. & in Evang.
Dicere cum ablativo & præpositione pro, vel cũ accusativo mediantibus præpositionibus, in vel ad
Ad rogata respondere, aut spondere, simplex pro composito, apud poetas
Excipere, Referre verba, dicta
Ad rem congruenter ἀποκρίνεσθαι, id est, ad verbum respondere
Respondere præter rem
Nihil ad rem, Non ad rem loqui
Responsum alienum à proposito dare. an answer, but not to the purpose.
Παραδιήσεις, ἀποκρίνεσθαι παραδιήσεται, λέγειν
De aliis loquenti, respondere de cæpis.
Ferre, accipere responsum, to receive answer.
Cicer. Cum à me id responsum tulisset.

Apart, vide privily.

Apothecary, or Grocer.

Unguentarius, Metropola
Odorarius, Aromatarius
Aromatopola, Pharmacopola
Medicamentarius, Herbarius
Pigmentarius, Myrobrecarius, apud Plaut.
Apotheca rius, Ἀποθήκη ἐστὶ

An Apothecaries, or Grocers shop.

Aromataria taberna
Pigmentaria, unguentaria officina, Μυροθήκιον
Myropolion, Pharmacotheca.
Apotheca vulgò dicitur, tametsi propriùs sit Apotheca repositorium, reconditorium granorum.

To Apparel, to clothe, to put on a garment.

Ornare, Vestire, induere
Amicire, Comere, Colere, vide to cloath.

Apparell.

Apparatus, Amictus, Amiculus
Ornatus, vestis, vestitus,
Cultus, Vestimentum
Indumentum, induviæ
Exuviæ, Spolia
Pexa toga, a Frizado or Irish Gown.
Vestis defluxit ad imos pedes
Arte laborare vestes, ostroque superbo
Vestis insignis auróque rigens
Picta croco, & fulgenti murice vestis
Illum vestis serica tegit
Vestimenta fluxa, vel laxa, loose, large, or wide apparel.

Appeased, vide Assuaged

To Apply.

Applicare

Applicare, Vacare, Incumbere
Inſiſtere, Inſtare, Inſudare
Invigilare, Operam dare, navare
Animam adjungere, applicare
Deditus, intentus, mancipatus eſſe

to appoint, vid. determine.

to appoint a day, vide Day.

to approve, vide of one conſent or opinion.

to approve by reaſon, vide to declare or ſhew.

to approach, to draw near unto.

Ingruere, Impendere
Imminere. Non longe abeſſe
Subeſſe, Hyems ſubeſt
Capiti impendere
Inſtare, Adeſſe
Appetere, Venire, Cominus ire
Adventare, Saluſt.
Comitiorũ dies adventabat
Obrepere, Appropinquare
Ad movere ſe propius
In foribus eſſe, vel in limine
Pulſare fores, Propinquare
In cardine verſari
In propinquo eſſe, ἐγγὺς εἶναι

an Apron.

Succinctorium
Semicinctium, apud Div. Hieronymum
Supparus, vel ſupparum
Περιζώμιον

Apt, Meet, Proper, Fit, Convenient, Sufficient, Profitable, Able.

Appoſitus, Commodus
Sufficiens, *ingenio*
Natus, aptuſque, Cicer.
Aſſentaneus, Aptus, Utilis, Bonus, Idoneus
Habilis, Conſentaneus
Conveniens, Congruens
Congruus, Accommodus
Accommodatus, Reſpondens
Non inconveniens
Fœlix, fœlix ad literas, Concors
Maturus pro idoneo, quadratus
Habilitas, Aptitudo, Fitneſs, vide Fine or Fit.

to Array, vide to make foul.

an Arbitrator or an Umpire.

Mediator, μεσίτης
Sequeſtrator, Sequeſter
Pacificator, Pacator
Reconciliator, Interventor μεσιτεύς
Author concordiæ, Arbiter
Qui regit, & dictis animos & pectora mulcet

to take an Argument.

Argumentum elicere, colligere, trahere, Capere, Venari
Capere inſtitutum, Cic.
Sumere thema, Θέμα λαμβάνειν

ariſe, vide ſtand up.

the arm-hole, the hole under the arm.

Axilla, πτερύγιον
Ala, Aſcolæ, arum.

to arm, to harneſſe, or take weapons.

Armare, conſurgere in Arma
Armis ſe inſtruere, Circumdare
Arma capeſſere, gerere
Diſponere enſes & ſcuta
Accingi armis, ad arma cogere
Arma parare, exercere
Furor arma miniſtrat:
In armis eſſe.

to arm, to lay down arms or weapons.

Arma exuere, ponere, deponere
Prælia relinquere
Scuta, & arma demittere

an Army or Hoſt.

Exercitus Cohors, Manus, Phalanx, Caterva, Turma
Agmen, Spira, στεῖρα
Cuneus, Acies
Armatæ Phalanges
Copiæ, pro exercitus multitudine
Legio λεγεών

to arrive, to come to the haven, port, or land.

Appellere ripæ, Oris
Tangere, premere locum aliquem
Venire in portum
Tellure potiri, portum petere
Ad littora tendere
Carinæ littora tangunt
Rates amni inferre
Clavũ ad littora torquere

to aſſemble, to gather or levy an army.

Contrahere Copias, milites
Cogere militum manum
Conſcribere exercitum, militum cohortem, milites
Milites conquirere
Ἀνθοπλοζεῖν, ἀνθοπλοζίειν
Cogere facere, parare manum
Facere gregem, Saluſt.

Facere agmen, Historica sunt
Cogere exercitum, copias, agmen, equitatum, milites seu congregare
Scribere exercitum, milites, copias
Comparare, conflare, contrahere conficere exercitum, Virgilius, trahimusque viros.
Ingentes Martis contrahere turmas
Facere exercitum, Cicero
Colligere copias, exercitum
Συγκοτεῖν δύναμιν
Aciem struere
Cogere in prælio milites, æratas acies, Virgilius.
Augere auxilia, est, militarem gregem facere copiosiorem

to Arrest one, or to lay hands on one.

Capere, αἱρέω, Captivare
Manus adferre, inferre
Corripere, Cic. in Ver. Act 7
Hominem corripi ac suspendi jussit ex oleastro
Prehendere, comprehendere
Manus injicere, manicas, catenas
Ἐπιβάλλειν τὰς χεῖρας
Obtorto collo invincula ducere
Ἄγχειν καταξᾶσαι
Intondere vincula collo
Collum obstringere: Solin.

Arrogancy, vide Pride

Arrogant, vide Proud

an Arrow, a Bolt, a Dart

Jaculum, βέλος
Spiculum, Telum, Polos
Missile, sagitta, Hastile
Catapultæ, Tragulæ.
Arundo & calamus, Metaph.
Alcides, apud Virgilium.
Coriscus, apud Nonnium.

the Arse.

Anus, ni. Podex, κώλος
Colos πυγῆ
Sedes à Plinio frequenter ponitur pro anniculo & podice.

Arsiverse, overthwart

Præposterus, μεσοδιαστόλος
Perversus, διεστραμμένος
Inversus, Pravus

Artificer, a craftsman, a man of occupation

Artifex, Mechanicus
Manualis, operarius, opifex manuarius, δημιουργὸς
Χειροτέχνης, μηχανικὸς
Operarius, Sedentarius
Manibus sumptum exercens diurnum, apud Ambros.
Ex manibus vivens
Manibus victum sibi quærit, quem ventrimanum quidam vocant
Ex labore, manuum ope à vivens
Artem mechanicã exercens

Arts and Sciences lack their due due honor

Artes merito honore carent non ut deberent honoratæ sunt
Non quanti deberent, æstimantur
Non quo deberent, quo æquum esset, loco sunt
Non quem debent locum obtinent
Non admodum in honore sunt; dignitatis, existimationis, honoris, loci non habent satis
Exigui, parvi pretii sunt, haud magni reputantur bonæ artes, bonis artibus honor non est, locus non est, honor non tribuitur
Bonæ artes honore vacant dignitate carent, non coluntur, jacent, minime vigent

Artificially, vide Exactly.

Artillery, cannons, guns

Bombardæ, aut (ut alii volunt) Boardæ à sono, grandes & parvæ
Tormenta æ ca horrisona
Machinæ æreæ saxa rotantes, turrifragæ
Balistæ à nomullis dicuntur tormenta muros concutientia
Quarum species sunt Falcones seu Fulcunæ, quas Germani Cartunas vel Martfragas, Galli cannones duplices vocant, Dou'le Cannons
Serpentinæ seu serpentes quidam quas Cattunas simplices vocant
Serpentinæ mediæ, Falconetæ
Porrò ampliores, sed breviores sunt, quadratæ Bombardæ ignotos globos jaculantes, & Mortaria qui globos ulnæ diametrum habentes emittunt, quibus tecta & domorum pavimenta perforant hostis urbis interiora impetentes
Ignium ejaculatrices
Sclopi quos pedites ferunt, Manuaria vel martialia tormenta, peditum scilicet

as I think, vide think

As soon as.

Vt primum, Vbi primum
Cum primum, Quam primum
Statim jam ut, Cito ut

As

As though.

Perinde ac ſi, Haud ſecus ac ſi
Æque ac ſi, Non minus ac ſi
Non aliter ac ſi

As like as, even as

Velut, veluti, ut, uti
Quaſi, tanquam, ceu
Perinde ac, ſicut, ſicuti
Ità, ac ſi, ὡς ἄντε, quemadmodum
Cum vel quum, temporis adverbium, quando, ubi

as men ſay, vide ſay

to be aſhamed.

Erubere, Erubeſcere
Verecundare Confundi
Pudet, piget vide to bluſh

to aſk, demande, or require.

Rogare, interrogare
Requirere ab aliquo
Quærere, Sciſcitari
Sciſcitari oracula Phœbi Virg.
Referre rem ad Senatum, eſt Senatorum rogare, interrogare ſententiam

to aſſay, vide to attempt

to aſſail, to invade.

Impetum vel inſultum facere in hoſtem, in hoſtium equitatum.
Ἀναλαλεῖν
Incurſare, incurrere in hoſtem
Ruere in hoſtes
Incurſionem facere
Omni conatu invadere
Comminus cum hoſte congredi,
Clypeo impetum facere & haſta
Συμβάλλειν σὺν ἀσπίδι δορί τε μαχεῦ, apud Homerum.
In mediam legionis curſu concito ſe proripere
In confertiſſimos hoſtes incurrere, Saluſtius
Medium penetrere agmen
In confertos hoſtes ruere
Involare, irruere in hoſtem
Irruptionem, impreſſionem facere
Infeſtare, iuvadere
Aggredi, Adoriri, ἐπιχειρεῖν
Impetere hoſtem συμβάλλειν

an Aſſault

Vis impetuſque militum, irruptio
Inſultus, acceſſus, incurſus violentior
Aciei ruentis impreſſio, quam vocat Cicero Appulium
Militum cuneatim incurrentium impetus, προσκολὰ
Ἀγὼν ἐν προσκολῇς

to give an Aſſault, to ſet upon.

Impetere, ἐπιτρέχειν
Incurſionem, impetum facere
Impetum extremarum facere virium
Impreſſionem, irruptionem facere
Violentâ manu invadere
Vrbem concitatius oppugnare
Admovere machinas omnes
Προσκάλλειν, Oppugnare
Scalas muris adhibitas aſcendere
Foſſas congeſta terra opplere
Expugnare pro oppugnare in Sacris literis ponitur
Impetum facere, προσκολὰ

Incurſu, impetu, impulſu, acceſſu violentiori
¶ Contra hoſtes defendere to repulſe the enemy
Repellere propulſare
Hoſtes defendebat à pinnis faciliſſimè
Depellere inſultum
Pellere, repellere, propellere propulſare hoſtes mœnibus
Exercitum fervente oleo reprimere
Sulphur cum picatumque ignem ejaculari in aſcendentes

an Aſſe-head, vide Dulhead.

to Aſſemble things together, vide gather.

to aſſemble and gather all the power together

Vires in unum contrahere, conſerre, colligere
Cogere ad arma viros
In arctum cogere, in anguſtum contrahere copias
Reliquias agminis colligere
Copias ſupplere
Congregare manum virorũ
Inſtaurare belli reliquias, vires
Redintegrare copias, vires, bellum, prælium
Certamen rurſus experiri
Collectis copiis bellum inſtaurare
Iterare pugnam, Mavortis opus alacrius redintegrare

an Aſſembly of people, or men, vide congregation and multitude.

to Aſſige, vide beſiege

to Aſſiſt, vide help.

to Aſke.

Rogare, interrogare,
Rogitare, Petere, poſcere,
Poſtulare, Flagitare, Inquirere,
Exquirere, percontari,
Aſtipulari Seiſe tari.

to aſſure, vide to affirm.

Aſſuredly, vide without Doubt.

to aſſwage thirſt, vide Quench.

to aſſwage, vide to leſſen and pacifie.

to be aſſwaged, mitigated, or appeaſed.

Ut tempeſtas, ventus, flatus, fluctus,
Sopiri, conſopiri
Conſilere, Conſileſcere
Concidere, apud Hor. Concidunt venti, ſubſedere fluctus.
Placare, Temperare æquora
Reſidere Remittit ſe ventus
Mare quoq; dicitur miteſcere quando cadunt ventorum procellæ, flatus aurarum quieſcunt, motus procelloſæ tempeſtatis ſubſidunt.

aſtonied, or abaſhed.

Stupidus, perplexus
Attonitus, Conſternatus
Perculſus, Confuſus, animus tanta cogitatione rei exanimatus
Oeſtro percitus, proverb. Incertus
Ὀιστρῳ παραπλήξ
Stupefactus, ἐκπεπληγμένος
Animo attonitus, conſternatus
Ἐξεπλάγη, perturbatus,
Fluidus cui pectore manat Sudo, & è ſubito membra ſtupore pavent
Frigidus horror membra quatit

to be aſtonied.

In extaſim rapi,
Mente concidere, Cic.
A ſeipſo digredi
Ad ſenſum communem obſtupuiſſe dicitur, qui extra ſe poſitus eſt
In extaſi, extra ſe eſſe
Excidere ſibi dicitur, quiſquis à corporeis ſenſibus abripitur
Non eſſe apud ſe
Alibi vivere animo, non in ſuo corpore, Peregrinari animo, vide to Swoon

at the laſt.

Tandem, Demũ, Poſtremo,
Poſtremum, Denique, Noviſſime.

to attempt, to aſſay, to proue, to try, to go about.

Experiri, Periclitari.
Periculum facere. Probare.
Experimentũ ſumere facere
Capere experimentum.
Κίνδυνον ποιεῖσθαι Facere alicui
Magno pecuniæ ſumptu tentare rem aliquam.
Nihil intentatum, ingauſum, inexpertum relinquere
Fulvum ſpectatur in ignibus aurum

Attendance, ſervice.

Opera, Obſervantia, Famulatus.
Obſequium, Miniſterium
Servitus, Famulitium

an Attourney, an Advocate.

Advocatus, παράκλητος.
Cauſidicus, Patronus cauſarum.
Syndicus.
Actor cauſarũ fori litigioſi
Rabula forenſis ſeu fori judiciarii.
Aſſiduam dansoperam fore
Fori vaframentum
Litium protelator
Tritus in rebus forenſibus
Vafritias fori percallens
Περίεργον τῆς ἐργασίας

to attempt, vide to impute.

ancient, vide old.

to be in authority.

Authoritatem habere, obtinere, poteſtatem habere
Ἐξουσίαν ἔχειν
Tribuere alicui authoritatem magnam, v. Eſteem.

to augment, to increaſe to multiply.

Exaggerare, Augere, Adjungere
Ampliare, Adjicere, Augeſcere
Attexere, Apponere
Adnectere, Addere
Accreſcere, Exaugere
Multiplicare, Amplificare
Ἐμπαχύνειν
Tragicè cum amplificatione narrare
Quirita i
Augmentare, Coaugmentare
Locupletare, Aggerare
Rem parvam verbis facere magnam
Ad augere, apud Cic. Hæc ſig a adaugent ſuſpicionem
Auctiorem reddere. Cic.
Qui hæc ex minimis tanta fecerunt, amplificare

an

an Augmentation, or increasing.

Amplificatio, Augmentatio
Accretio, Auctarium
Ἐπίδοσις, Amplificatio
Accessorium, Appendix
Adjunctio, παρεδίκη
Annexio, Adjectio
Additio, Accessio, Cumulus
Τὸ πρόσθεν, προσθήκη
Τὸ ἄυξημα, Augumentum
Additamentum, Corollarium

an Auger, Wimble, a Piercer.

Terebrum, Terebellum, τέρετρον
Terebra, τρυπάνη

to Avoid, vide Escape, and Eschew.

Author of evil.

Auctor, Causa, Origo, Principium, Initium, fons malorum tu es
A te hæc mala, incommoda, calamitates, acerbitates, infortunia, damna, detrimenta, pernicies, exitium, rerum eversio, fluxerunt, manarunt

to awake, to raise from death to life.

Suscitari, ἀναζωπυρεῖν
Resuscitare, Vivificare
Vitæ restituere. Ad vitam revocare
Recreare, Excitare
A mortuis excitare
Animas exire sepulchris, Virg.
De functis vitam reddere, restituere
Putre cadaver in vitæ novitatem restituere
Dare vivis
Vitam vel vitæ reddere
Reddere aliquem vivis
Superas ad auras resuscitare
Astantium oculis exhibere redivivum
Reddere vivendi functionem pristinam, Mortuum suscitare
Vocare è sepulchro
Arentia deploratáque ossa vitali flatu animare, Eras.
Mortua corpora revocare
Honorifica ſepultura donari
Sepulturæ majorum ſuorum addi
Magnifico, poſt fata, deponi Mauſoleo
In tenuem ſolvi favillam
Contumulari, terræ inſterni

an honourable Burial, vide Funerall

to Burn.

Vulcano dedere, dicere,
Dare flammis, ignibus.
Vulcano committere
Ignis voragine abſumere
Urere
Extruere rogos
Uſtulare apud Pacuvium pro urere
Patrios incendio lares abſumere
Ignem in ædes ejaculari
Cremare, Concremare
Celebrare Vulcania
Corpora in cineres redigere
In ignem, in rogum mittere, ponere, projicere, imponere, igne abſumere,
Comburere, igni tradere
Ultricibus cõmittere flammis
Incendio involvere
Ignibus ardere
Exurere
Conflagrare, flagrare, ardere, abſoluta ſunt, & non tantùm igni, ſed & aliis rebus accommodantur; flagrare odio, amore.
Illi res omnis in fumum & cinerem abiit, ubi incendium omnia hauſit

to Burſt, vide to break

to Burſt, or to break in

Irruere in ædes
Irrumpere, cum violentia quadam
Inferre ſe concitato impetu, Livius pro irruere, facere impetum
Incidere, unde ſcribendi libido inceſſit mihi vel me, Livius; gravis cura patribus inceſſit

to burſt, or break open Doors, vide Doore.

a Buſh of Thornes.

Dumus, Rubus
Spinæ, Vepres
Sentes, Ruſcus
Virgultum. Spinetum
Dumetum. Rubetum
Vepretum. Senticetum

a buſie work or matter to compaſs.

Labor magnus, difficilis, laboriоſus, gravis, operoſus, moleſtus, immenſus, magni negotii, difficultatis ac ponderis, vide a Piece of trouble.

buſied, vide Occupied.

a Butler, or Steward.

Præfectus cellæ penuariæ
Diſpenſatoris officium gerens. Ambroſius,
Cellarius, & non cellerarius, ut plerique inepti-unt, niſi quis interpretari velit, rarus in cella
Præpoſitus cellæ
Moderator domus. Cuſtos cellæ
Promus ac condus
Villicus in Evangelio
Oeconomus,
Diſpenſator rei familiaris
Procurator, aliquot in locis dicitur, ſeu Curator.
Procurator peni. Plaut.
Cavearius nonnullis dicitur, à Cavea

a Buttery, vide Cellar.

the Buttocks, or Haunches.

Clunis ſub genere communi
Cluniculæ. Nates,

But nevertheleſs.

Cæterum.
Porrò autem.
Porrò, autem, Sed
Sed enim, at qui, Verùm
Ἀλλ' ἄγε, ἄλλα
Ἀλλατι, Verò, At verò
Verùm, enim vero. Quint.
At, in oratione ſoluta: Aſt in verſu, ſequente vocali
Sed etiam, tamen
Veruntamen, Attamen
Sed tamen, frequens eſt apud Cicer.

But yet.

Pariter ac. Juxta ac
Ex æquo, atque. Simul &
Idem, Idemque
Æque, atque
Ita &, precedente ut
Simul in oratione geminatum
Et in oratione geminatum
Sed &, verum etiam, præcedentibus non ſolum, non modo

C.

a Cabin, lodge, vide Cottage.

a Cable rope

Funis anchorarius
Tomis, icis, f. g. Plin.

Reſt-

Fetinaculum, stupeum
puppis, Ovid.
Fuderis, Plin.
Fudis nauticus

to Tack, to shite.

Alvum exonerare
Cacare, κοπρίζειν
Ventris onus ponere, depo-
nere
Purgare ventrem, apud
Hier.
Excernere, apud Celsum
Stercus facere, vel olerum
Saburram ventris ponere
Emittere saturitatem
Alvum dejicere, solvere
Foirire, ἀποδιοῦσθαι
Merdare, Cunire
Egerere absolute
Excrementum dejicere,
Τραχωνῖαν κοιλίαν alvum
dejicere
Comforire, apud Pom-
ponium
Permerdere, Conspurcare,
Σκῴζειν to beshite.

a Cage for birds.

Cors vel coliors, Aviarium
Avium, vel Altilium sep-
tum
Ornithotropium
Ὀρνιθοτροφεῖον ὀρνίθων
Gallinarium, a hen pen.

a Cake, a Wafer.

Panis dulciarius, Laganum
Λάγανον Libum
Milipectum, μελίπηκτον
Placenta ex melle. Popa-
num.

to Call.

Vocare, vocitare
Appellare, Appellita e
Nuncupare, Memorare
Nominare, Dicere

to call back, to revoke his fault.

Revocare recinere errorem
Retractare. Fateri errorem
Revocare quod dixeris fe-
ceris, prius asseueris
Canere palinodiam
Παλινῳδίαν recantare
Opprimere dicta sua

to call to mind, vide to remembrance.

a Call, vide a Coife.

Came, vide Met.

he Came at length.

Tandem aliquando, deni-
que, demum
Post diuturnũ tempus, lon-
go temporis intervallo,
cum temporis multum
abiisset, transacto multo-
rum annorum spatio re-
diit, revertit, reversus est
Accepit se ad suos lares,
patriam, cunabula, pa-
trias sedes

a Camp, an Hoste a Siege.

Castra, χάρακα
Papilio, Tabernaculum
Tentorium, Strativa

to pitch his Camp.

Castra facere, ponere, lo-
care
Castrametari

to raise, or move his Camp, or Siege.

Mouere, amouere, Castra
Tabernacula detendere,
Cæsar.
Locum commutare
Exercitum alio deducere
Solvere obsidionem
Ab obsidione desistere
Oppugnationem remittere
Colligere papiliones

a Cane, vide Reed.

Canels, vide Gutters.

to Can or may, vide apt.

to Cancell out, vide to crosse out.

a Canker.

Cancer morbus, eris, in Ge-
nitivo sub neutro genere
Κάρκινος, καρκίνωμα
Carcinoma, Gangræna

a Canker worm that eateth commonly Coleworts.

Erma, Campe κάμπη
Mastax, apud Nicandrum
Hiesina Columellæ dicitur
Erocus ἐροῦκη

Cannons, vide Artillery.

a Cap, vide Hat.

a Spanish Cape, vide Cloak.

a Captain a General.

Dux militum primarius,
summus
Copiarum dux, Strategus
Primipilaris. Præfectus mi-
litiæ
Belli ducem agens
Bellicæ expeditionis dux
primarius
Archistrategus
Primus exercitus dux
Præfectus equitũ custodiæ
quos a choros vocant
Totius equitatus dux præ-
cipuus, præfectus militiæ
Ἱππάρχης στρατηγός
Cohortis præfectus

Emi-

Στρατάρχος ἐπαρχος
Imperator exercitus
Dux militaris, Exercitus dux,
Copiarum præfectus, apud App.
Capitaneus, barbarum eſt pro quo militum caput rectius diceretur, à cujus conſilio & nutu cæteri dependeant
Ἀρχαγὸς Græcè
Ordinis militaris inſtructor, imperator, ſeu ductor. Rector
Noſtri decanum vocant qui contubernio præeſt
Ὁπλομαχίχος Græcis dicitur
Nam contuberniũ proprie milites decem ſub uno papilione degentes

Cardinalls.

Proceres Cardinei
Cardinales, pupurati patres
Honore galeri puniceꝰ decorati,
Quos vaga contecto purpura veſtit equo
Cardineo inſignibi galero
Cardineo quorum tegitur corona galero

to be a Cardinal.

Cardineos gerere titulos
Pileum ferre rubrum
Cardinalitio galero ornari
Cardinalitiæ dignitatis galero donari, inſigniri
Conſiſtorium Cardinalium quod vulgo dicimus, rectius ſeu ornatius Pontificium collegium
Summum concilium.

Care, or thought.

Cura, Anxietas, Angor, Scrupulus
Moleſtia, Sollicitudo, dolor
Anguſtia, vide Diligence.

Careleſſe, or negligent in my own profit.

Utilitatis meæ rationem nullam habui, duxi, ſpectavi: quid eſſet è re mea, in rem meam, quid ad rem meam pertineret, in rem meam faceret, conveniret; quid de rebus meis expenderet, prodeſſet, conduceret, utile eſſet, utilitatem afferret
Utilitati, emolumento, bono eſſet; fructum pareret
Nullam operam dedi, non laboravi, minime ſpectavi, curavi, quæſivi, ſecutus ſum, nullum ſtudium poſui, nihil induſtriæ, operæ locavi, poſui, diligentiam nullam adhibui, contuli. Res meas indiligenter adminiſtravi, tractavi, vide Negligence.

Carefull, vide Sorrowfull.

Carefull in doing, &c. or take ſome pains, or look to it.

Cura, Age curam
Habe curam, Fac, Diſpone, Evigila. Da operam
Curæ tibi ſit. Tibi ſit
Tua curatum abeas.

to be Carefull, Sorrowfull or doubtfull.

Sollicitum eſſe, ἀνησχεσθαι
Detineri curis
Angi, enecari ſollicitudine
Angere ſe animo, apud Terent.
Μεριμνᾶν, Curare
Alicujus rei curam antiquiorem ducere, Præcipuam atque antiquiſſimam habere curam
Inter ſpem & metũ fluctuare
Ultra peram ſapere, pro nimis ſollicitum eſſe
Curis & anxietatibus conflictare
Anxiè & ſollicite cogitare
Anxium eſſe
Æſtuare. Fluctuare
Conſulere. Cogitare
Satagere, Laborare
Trepidare. In diverſa rapi
Sollicitudinibus inquietari
Vehementer laborare
Μεροπωρεῖν
Pendere animi vel animo, cum genitivo vel ablativo, utrumque apud Ciceronem
Animo torqueri. Angi
Angore detineri
Annigere cujus ſenſibus angi
Undis negotiorum diſtrahi in diverſo
Curam gerere, agere
Probe curatum velle
Diſtringi curis. Cruciari, diſcruciari, excruciari ſollicitudine
Curis confici, morderi, tenuari, uri, tabeſcere, inqueſcere, palleſcere, inſiſtere, mori, carpi
Curis intentus, confectus, curis exerceri, potiri curis
Ingeminant curæ
Cura venit, tenet, tangit, moratur, ſubit, hæret, mordet, Corpus tenuat
Vitiat, eſt fervida
Sollicitudinem parit
Rationem habere
Eſſe in cura
Oculis ferre, metaphor.
Verſari in cura
Curæ eſſe, apud Ciceronem
Curæ habere, Cic.

Em-

ἐς ἐμὲ λέει δέος
It is mihi curæ erunt
Ἐμοὶ μελεῖ τεῦτο
Totus toto pectore quis incumbere in curam alicujuam dicitur
Cordi esse
Curis animam excruciare
Solicitudinibus vitam reddere breviorem
A duis rebus persequendis confici
Macerare se crastina cura miserorum
Se excruciare animi dolore
Comedere, comedere
Ἔδεσθαι τὴν καρδίαν

To put or take away Care, Thought, or Sorrow.

Liberare, exolvere curis, finem imponere curis
Sollicitudine alienare
Curas secludere, demere, deponere, dimittere, avertere
Agitare curas, abjicere, ponere, resolvere, depellere, fallere, diminuere, sanare, pellere nubes curarum
Cura abit, fugit, excedit deserit, dilabitur, lentescit, diluitur mero

I Care not, or I passe not.

Susque deque fero, ἀδιαφορῶ
In nullo discrimine pono
Susque deque habeo
Æqui bonique facio, apud Terent.
Æquo animo sum
Nihil laboro, Mea non refert
Manum non verterim, moverim, etiamsi domus ruat
Minimi æstimarim, securus quonam res cadunt
Non magni pendo
Illud non amarim-crepitu digitorum. vide, man I care not what loss, &c.

a Carpenter.

Faber lignarius, Faber tignarius
Materiarius, Abietarius, in Exod.
Carpentarius, τέκτων
Architectus & Architector, qui structuris ædificiorum præst, & fabricanda præscribit

the maister Carpenter.

a Carpet, vide Tapestry.

to Carry, to bear, to bring.

Portare Apportare, Ferre
Vehere φέρειν Adferre
Invehere, Trahere secum
Ducere secum

to Carry in.

Invehere, Invectare
Inferre, Importare

a Carrier, a messinger.

Tabellarius, βιαστὴς ἀλλ
Grammatophorus Nuncius
Lator, portitor, gerulus, bajulus literarum γραμματοφόρος
Tabellarii fungens munere
Internuncius
Nuncius ingenti per regia tecta tumultu ruit

a Cart, a Chariot, or Coach.

Carruca, Carrum & carrus
Cisium, δίτροχος
Benna, dictio gallica
Cantherium, Rheda
Epirrhedium, Biga
Birotum, Covinus
Petorium, apud Horat. τρισσὸν.
Capsus, carruca undique tecta
Currus brevis
Cisium evertere, to overthrow the Cart
Effundere aurigam
Impetu aurigam solo sternere, vide Mlaggon.

a Carter a Waynman.

Auriga, Agens Currum
Essedarius, Carrucarius
Vehicularius, ἡμάξιος
Rhedarius, apud Ciceronem.
Τεθρίππιος, Quadrigarius
Rhedarii officium exercens
Rector currus
Agitator pro auriga. Cic.
Vehiculi moderator
Vector à Cic. positum est pro eo qui vehit, Plaustarius
Cisiarius qui Cisium regit, hac voce jurisconsultus usus lib. 20. dig.

to Carve, vide to grave.

to Cast, or fling down.

Conjicere, Trajicere,
Pronus sternere solum,
Jacere, Jaculare, Contorquere
Dirige e spicula in aliquem
Jaculum emittere, Torquere
Projicere telum
Intendere sagittam
Exercere brachia telo
Æthereas telum contorsit in auras

to cast in ones teeth, to upbraid.

Objicere culpam
Improbare,
Increpare, apud Salustium
Objectare,
Ingratitudinis dicam alicui scribere
Exprobare, Improbare
Refricare ulcus, ἀναπτύζειν
Probrũ objicere, Criminari

to Cast aside, vide set aside.

to Cast abroad, vide to Scatter.

to Cast in minde, to imagine.

a Catarrhe, vide Rheume.

a Cat.

Felis ἀσπάλαξ τις
Elurus γαλιώτης γαλῆ.
Catus simpliciter, nam Catti sunt Hessi populi
Mustela domestica dicitur à nonnullis.

a Cave, a Denne.

Spe cus & specu, Spelunca.
Sp. lcum, Lustrum, σπήλαιον
Latibulum, Antrum
Lat bra, ῥάθρων, Lacus
Scrobs, Cav.a, Caverna
Crypta. Fovea, ἕδαφος, Fossa
Cuniculus pro loco seu foramine subterraneo occulto
Abdita, Recessus, Diverticula, privy corners.
Angulum fovea & receptus
Latebrosa rupium cavamina. Solin.

a Cause, a reason, an occasion, or means.

Res, πρᾶγμα
Causa, Negotium
Gratia apud antiquos pro causa ponebatur. Unde fluxerunt honorationes, meâ vel tuâ gratiâ, id est, pro mea vel tua causa, in ablativo tantùm
Nuptiarum gratiâ, apud Terent.
Nomina sæpe pro causis vel negotiis à Cicerone poni invenias: Cum tot ibi nominibus acceptum Curtii referent
Ergô adverbium, ultima circumflexa, ponitur pro causa ἕνεκα. Virgilius in 6. Æneid, Illius ergô venimus
Peregrinationis ergô
Virtutis ergô, for virtues sake.
Negotiorum expediendorum ergô
Negotium alicujus agere, to do ones business.
¶ Rei causam dicere, reddere, to declare the cause wherefore.
Rationem reddere, Cic. Quod cur factum sit, ratio probabilis reddi possit

for the Cause, vide therefore.

not without a Cause, worthily.

Haud temere, οὐκ εἰκῆ
Non absre. Non sine causa
Haud injuria Nec injuria
Haud immeritò. Merito εἰκότως
Jure, Jure optimo, vide Worthily.

a Caldron, vide Kettle.

to Cease, to leave off.

Supersedere, ἐπέχειν cum genitivo
Canere receptui
Ἀπαγλήτικος σημαίνειν
Omittere inceptum
Sistere ab incœpto
Incœpto desistere
Sistere opus, labores
Dimittere, Cessare, intermittere
Manum retrahere, Linquere
Desistere. Desinere
Conquiescere. Abire incœpto
Facere intermissionem, Cic.
Intermittere. In medio rem relinquere. Suspendere rem
Subsidere. Parcere
Omittere & mittere simplex
Differre in aliud tempus
Rem non definire
In suspenso relinqui, & relinquere apud Plinium
Finem modumque ponere, facere
Anchoram jacere
Tollere calcar ultorium, proverb.
Supersedere à vindicta seu ultione quam parabat
Invidere ludum, to leave the play.
Incidere studia, remittere
¶ Omitte, quiesce leave Als in Imperativo.

without Ceasing, vide allwayes.

a Cellar, or a Buttery.

Penarium. Penuarium
Olim Cellarium, κελλάριον
Cella penuaria. Penu.
Cella promptuaria, seu promptuarium. Græc. ταμεῖον

Po-

Podium, Riſcus, apud Terent.

a Cenſer, a ſhop wherein Frankincenſe is kept.

Thuribulum. Acerra.
Thymlaterion, Θυμιατήριον
Capſula vel arcula thuraria
Cuſtos thuris, apud Ovid.

I am Certain, vide ſure.

Certainly, vide without Doubt.

Certifie me of your buſineſſe.

Fac, redde me certiorem de ſtatu tuo, & de omnibus conſiliis
Significa mihi, expone, aperi, explica, perſpicuè demonſtra rerũ tuarum omnium ſtatus, quis tuus animus, qui ſenſus, quæ ſunt conſilia
Fac ut de tuis rebus, tuiſque conſiliis, cognoſcam, intelligam, certior fiam
Ex tuis literis erudiar, inſtruar
Imaginem rerum omnium, cogitationumque tuarum literis oſtende

a Certificate, vide paſport

to Ceſſe, to tax, or levy a Subſidy.

Cenſere cum accuſativo
Facultates æſtimare
Cenſere populos
Cenſum agere, habere
Ἐξίτιμον ποιεῖν
Facere æſtimationem
Novos ſubinde populos deglubere, exugere, deprimere exactionibus
Onus miſeræ plebeculæ aggravare
Exactiones facere
Inſolitis exactionibus populum, ſubditos onerare
Inuſitatis & inauditis exactionibus ditiones gravare
Tributo gravare
Angariare
Deglubere tenues, to pill, or pole, &c.
Emungere, Extorquere pecuniam
Emulgere
Compilare, expilare plebem decimationibus
Exactionibus opprimere, atterere
Tributis ſubditos premere
Exugere plebem
Eviſcerare, exoſſare, exenterare
Uſque ad vivum miſeram plebeculam deglubere
Ad vivam uſque cutem tondere
Populum uſque ad radicem arrodere. Eraſmus
Sanguinem ſudoreſq; plebis vel ruſticorum abſorbere, ingurgitare
Explere ſcrinia ſanguine pauperum
Excoriare
Devorare uſque ad oſſa
Excarnificare, vel ut habet vates regius, Devorare Dei plebem

to Chafe, to fume, to be angry.

Indignari. Zelari, apud Propher.
Stomachari. Subſtomachari
Gerere iram. Ringi. Tumere
Incenſum, perfectum, concitum eſſe
Mordere labrum, ſeu frænum mordere, proverbia ſunt
Moleſtè, indignè, graviter, agrè ferre
Ira commoveri. Succenſere
Magno irarum fluctuare æſtu. Virg.
Iracundia turgere, ardere
Bile tumere atra, Exardere
Corrugare nares
Plumbeas iras gerere, apud Plaut.
Bilem ex alicujus rei tædio conceptam effundere
In fermento jacere
Ἐν τῷ ζυμῷ κεῖσθαι
Etiſchemare proverbiali
Frontem ferrito
Supra modum & impotenter indignari
Iram evomere omnem
Virus effundere

to be Chafed, or made angry.

Iraſci, Accendi
Incendi, moveri ira
Commoveri Offendi
Iracundia & indignatione accendi
Acrius incaleſcere
Incandeſcere, Inflammari
Dare vela indignationi, iræ, apud Plin.
Fervere. Effervere, Succenſere
Effervere vel ebullire, Gravari
Excandeſcere, ad furorem præ nimio animi impetu vergunt.
¶ Contra, Deferbere ſeu deferyere, refrigere vel refrigerari, apud Fabium, ac deflagrari, & relangueſcere dicitur ira, indignatio, quando homo miteſcit, & placidus fit, & fervor animi conſediſſe, recediſſe, to be quiet, or well pleaſed again.

to

to Chain, to tie in Chains.

Catenare, Vinculis ferreis vincire
Catenas injicere alicui, nectere vel inducere
Compescere catena. Aliquem ligare catenis
Cadere in plagas
In cassis incidere vel decidere
Teneri laqueis

a Chair, vide a Stool.

a Chamber.

Cubiculum, δωμάτιον
Cella, κοίτη
Conclave, media producta
Triclinium veteribus dicebatur ab ordine lectorum
Cubiculum interius, remotius
Cubile, id est, lectus quo cubatur
Ecthecа ἐκθήκη, vel, ut alii legunt, ἔξεδρα cubiculum, thalamus, sponsi propriè
Pastophorum. 1 Maccab. 4. sacerdotis templi domicilium, cubiculum, thalamus
Camera, ejusdem non est significati, sed testudinem denotat tectumque devexum & recurvum, a vault.

Chamber-pot. vide Pisse-pot.

Chamblet,

Vestis undulata, quòd ad undarum similitudinem picta sit
Vestis cumatilis κυματώδης,
Pannus camelinus, grogram, mockado, &c.
Symbolum συμβόλαιον,
Vives capripilliam vocat in colloquiis, quod ex caprarum & hircorum pilis fiat

to Change, to translate.

Reculas alienis commutare, mutare, permutare
Commutationem facere rerum

to Change his mind.

Sententiam mutare
Calculum reducere
Aliud instituere
In varias distrahi sententias
Quo ego pacto diversus distrahor. Co.
Vertere, commutare, mutare sententiam, consilium
Opinionem mutare
Μετανοεῖσθαι, μεταβολεῖσθαι
Parum bene institutum recantare
Flectere sententiam, Salust.
A proposito resilire, declinare
Referre pedem
Animum immutare
Discedere à sententia, vel de sententia
Alterius duci suasione
Mutare institutum
Mutare mentem, apud Hor.
Vertere animi decretum, Eras.
Pœnitere consilii
Ab instituto deterreri
Instituti suppœnitere dicitur, qui sentit sententiam, animi sensum, labescentem, Eras.
Vertere vela, vestigia, proverb.
Funem reducere
Vertere consilium rei non satis commodè institutæ
Imitari nepam, id est, cancrum, apud Plaut. to go back from ones word.

to Chap, vide to Gape.

a Chappel, vide Church.

to Charge, or to lay toons charge, vi. to Accuse.

to Charge, to Command, or Bid.

Committere, mandare
Demandare, ornare mandatis
Mandata verbis dare, jubere
Credere, concredere
Dare negotium
Imperare
Curæ tradere, præcipere
Delegare officium, provinciam
Ἐπιτρέπειν, præscribere
In manibus dare, ἐγχειρίζειν
Pro quo vulgus ineptiens dicit dare in negotiis.
Denunciare
Injungere aliquid negotii, Eras.
Mandare, tradere provinciam, negotium, onus, παραδιδόναι
Imponere humeris vel in humeros
Imponere humeris vel in humeros provinciam
Curam rerum demandare
Rei gubernaculis, negotiorum molibus præficere
In mandatis dare & legare negotium, apud Plaut.
Summam rerum alicui committere

to have or take a Charge.

Onus suscipere, supponere oneri. In mandatis habere, onus subire
Suscipere curam
Non rate molis agebat, constantem debilitavit, onus membra gravabat.

a Charge.

Cura

Cura, onus, pondus, Provincia.

to take the Charge of the common-wealth.

Capessere, gubernare, Suscipere, gerere, administrare Rempublicam

Charges, vide Expences

a Chariot, a Coach, vide a Dray, a Wagon, or Cart.

to Chase Deers, vide to Hunt.

chaste, pure, undefiled.

Pudicus, castus, integer
Incorruptus, illibatus, inviolatus
Immaculatus, intemeratus
Continens, temperans
Cœlibē agens vitā, mundus
Ab omni muliebri congressu alienus
Purè, castèque vivens
Laude pudicitiæ celebris
Castum cubile servare
Me natura pudicum Fecerat, & casto pectore durus eram
Bellerophontes, Hippolytus
Hippolytum imitans
Telamone castior.

chastity, or purity of life.

Castitas, puritas
Castimonia, Integritas
Munditia, & Mūdities viz.
Continentia, pudicitia
Ἁγνεία, καθαρότης

to chastise the body, to bring down the wanton flesh, or to keep it under.

Carnem cohibere, macerare
Castigare corpus, & in servitutem redigere, ut est apud Apost.
Fraudare, defraudare Genium, id est, naturam
Naturæ negare quod appetit, non satisfacere
Afficere carnem, ut obediat spiritui, imperio, consiliis obtemperet, apud Ambros.
Fraudare corpus voluptate
Subducere cibum & potum
Cibo ad tempus abstinere

to chastise, vide Punish.

a chatterer, vide Babler.

by chance I lost my cause.

Evenit, obvenit, contigit, obtigit, accidit, factum est casu, casus tulit, fortuna fecit, fortuna placuit ut causa ceciderim, litem perdiderim.

to change his mind.

In sententia non permanere, non persistere, non perseverare, non pergere
Sententiam non retinere, non tueri, non servare, à sententia discedere
Mutare sententiam, consilium, opinionem
Instituta, cursum opinionis aliò convertere, flectere.

a Chancellor.

Cancellarius, Sūmus judex
Summum judicem agens
Judex primarius
Princeps scribarum
Ab archivis, scriniis, præfectus, the Master of the Rolls.
Archigrammateus
Ἀρχιγραμματεύς

to chaw or chew meat.

Masticare vulgo φλάειν
Mansitare, à mandere
Dentibus frangere, conficere
Dentibus comminuere, conterere, atterere
Dentes infirmi escas conficere, Plauto dicuntur, id est, molere.

a chain, vide collar.

to cheapen, vide to buy.

to make good cheer, to use feasting, revelling, or banquetting.

Curare corpus
Inservire ventri, γαστρίζειν
Curare cutem, seu cuticulā
Comessari κωμάζειν
Græcari
Pergræcari
Indulgere genio, gulæque ventris
Crapulari
Κραιπαλίζειν
Certare poculis, vino, mero
Urgere culullis, poculis, vino
Æquis, æqualibus certare haustibus
Vacare corpori, gulæ
Græco more bibere
Vivere Bacchanalia
Τὴ διανοούμενα ἄγειν
Molliter, delicatè vivere
Laute, genialiter vivere
Epulis noctes diesque ducere
Ventrem distendere
Epulari
Vivere patinis
Nepotari
Bacchari
Magnificè convivari
Bacchanalia celebrare
Ἐπλαμπράζειν
Bellum agere homunculum
Epulari

Epulari, opſonare pollucibiliter, quod Græcis μαγείρως καθαίζεσθαι ἢ ἀγωνίσασθαι dicitur, Magnis certare poculis
Poſcere majoribus poculis Cic
Abdomini ſervire famulari
Ingluviem fercire
Capere dulcia, apud Perſiũ
Seſe molliter curare
Feſta celebrare Lyæi
Orgia vivere
Potationibus indulgere
Sibariſſare
Propinari
Genialem agere vitam
Cibo potuque ſe diſtendere
Vitam agere intemperanter
Toto anno vel perpetuo celebrare Saturnalia Bacchia, Orgia Eſt apud Senecam, de Claudio Imperatore ſemper diſtento & mandente
Vino ille ebriſque diffluere
Perpetuam madere nocte u
Quotidie Baccho ſacra facere, id m
Vivere abſolutè, Catullus
Vivamus mea Lesbia
Curare p lliculam, apud Horat.
Sacrificare genio
Genium colere accuratius, & bibere meracius

to Check, to ſpeak ſpightful words, to rail upon, to ſlander.

Lædere maledictis, Probris petere
Allatrare, pro convitiari, per metaphoram
Convitiis, contumeliis digladiari & debacchari
Fanda pariter & nefanda in aliquem evomere
Ad leviçula verba tragico inſurgere vel intonare cothurno
Cavillatione ac maledicentia agere
Λοιδορεῖν
Jactare crimina
Principem maledictis petulantiſſimè nominatim figere
Contumeliam, ſcommata, dicta in aliquem jacere
Nominatim aperteque in aliquem, in principes, majores, magiſtratus incurrere
Solvere in Deos ora
Malitiæ ſuprema quæque in aliquem effundere
Contumelioſiſſimis nominibus petulantiſſimè divexare
Inimica dicere dicta
Dira precari
Dentes infigere in aliquem
Non toleranda afficere contumelia
Tangere aliquem convitio, ſcommate
Edere verba præterita ſcelerata, impia, aſpera
Convitium facere
Dicere, Fundere
Conjicere maledicta
Convitiari
Crimina, probra convitia, læſoria congerere
Mordere dictis
Virulenta rabie & execrabili furore debacchari
Inſultare jacenti
Contumeliis vexare, inſequi, aliquem invadere
Quæ mea Calliope læſit
Lacerſere, proſcindere conſcindere convitiis, maledictis
Lancinare, lacerare, dilacerare convitiis
Diſtringere carmine aliquẽ
Suum exſpuere livorem
Amarulente convitiari, acuere linguam
Contumeliam dicere
Conſputare metaphoricè
Affice e contumeliis ὀφθεῖσ

Ὀνειδίζειν, σκωπτειν, σκωμμασιδειν
Dicteriis inceſſere, vel convitiis
Inſectari aliquẽ maledictis
Probroſis exagitare nominibus
Probrum ingerere vel objicere
Convitiis figere, Inſectari, Vide to Slander.

a Check, a Reproach, or Rebuke.

Convitium. Maledictum
Blateramina contumeliosa
Achilochia edicta
Contumelia
Contumelioſa ac virulenta verba. vide Shamefull

the Check.

Mandibula, λαμβδὴ
Maxilla. Mala.
Bucca pro eodem, apud Plaut.

to Cherish to make much of.

Fovere, mulcere amplexari
Complexari, indulgere
Charum habere, magnificare.

Cheerful, vide Glad.

Chizill, or Wedge

Celtes. Cœlum è celando
Græcis ἐγκοπὶς κόγλεα
Cuneus, ϭφὴν
Epiſchidion apud Vitru.
Cuneolus ferreus

a Chest, a Coffer.

Ciſta, Ciſtula κίστη
Arcella. Arcula, Scrinium
Scriniolum. ἐσθήκιον.
Reconditorium. Cuſtodiarium

Repo-

Repositorium, Theca, θήκη
Capsa, Capsella
Chartophylacium
Timbæ, Thecæ argenteæ
Fiscillæ reliquiarum capsulæ apud Romanos in Capitolio.

to Chide, to rebuke, to reprehend, vide to brawl.

a Chiding, vide brawling.

Chiefly, vide especially.

a little Child, or a babe.

Pusio, Puer, Pusillus
Pusillulus, Parvus, Parvulus
Puellulus, παιδίον
Pupus apud veteres

a Fatherless, or Motherless Child.

Orbus, Orba, Orphanus, Carens parente.

Children.

Liberi, γνήσια μέλη
Proles, φίλτατα
Soboles, Pignora, & in singulari pignus pro prole. Solin. de rege Taprobane Si forte dum regnant, pinguis sustulit, exuitur potestate

to get, or to bring forth Children.

Tollere, suscipere liberos, prolem filium ex aliqua, est gignere, progignere, quærere
Liberos generare, progenerare, κτήσεσθαι παῖδας
Et sic dicitur de patre, Sustulit filium pro suscepit vel habuit, ut sit præteritum à tollo.
Filios procreare, gignere, patrare
Dare operam prolibus, liberis
Παιδοποιεῖν
Filiis procreandis operam dare

from his Childhood, youth or infancy.

Ab ineunte ætate
Ἰσαθέου παιδός
A teneris annis, ἐκ νέου
A teneris unguiculis, seu ut Græci dicunt, ἐκ τοῦ ἀπαλοῦ ὀνύχος
A parvulo
Ἐκ παίδων
A pueritia prima, puero
A pueritia, A pueris
Ἐκ παίδων, A parvis
A primis annis, ἐκ νέου
A rudibus annis
A tenera ætate
A primis vitæ rudimentis
Ab ipso vitæ limine
Ab ineunte pueritia per omnes ætatis gradus ad supremum usque vitæ diem
Cùm corpus adhuc à matre tuberet
A crepundiis
Ab ipso vitæ exordio
Ab incunabulis
A cunabulis primis
Ab infantia
A tenellis unguibus
A puero pusillo, apud Plaut.

great with Child, vide woman.

a Chimney.

Fumarium, καπνοδόκη
Caminus, κάμινος
Infumibulum, fumale & naris the pipe, propriè quidem infumibulum, pro camino etiam ponitur
Focus propriè pavimentum sub camino significat, the hearth

Πυρεῖον Græcis.

Chips.

Assulæ, σχιδακίαι
Clabula vel clavola, apud Var.
Pomex.

to Chop off ones head, vide to behead.

to Christen, vide to baptize

to Choke, to strangle.

Suffoco, præfoco, media producta, contra aliquot Grammatistarum opinionem, ἄγχω
Ἀγχονάω, interstringere
Stringere gulam, guttur
Ἀναπνίγω, Strangulare
Laqueis implicare colla
Guttur, i, per vincula laquei
Obstringere, Constringere collum
Premere jugulum. Vocem includere
Obtorto collo gulam præfocare
Gulam frangere

to Choose, to elect, to pick out.

Eligere, Deligere ἐκλέγω
Delectum agere, & habere
Suffragiis designare, eligere
Legere pro eligere, apud Ci.
Capere, apud Terentium
Me cepere arbitrum
Sumere pro eligere, apud Plaut. Sumat aliquem ex populo
Excerpere commodissima, bona quæque, to pick out the best.
Suffragium inire, to elect, to choose by voice, apud Liv. & Cic.
Libera dare populo suffragia, apud Juven.

Opinionem

Opinionem facere, to give the choice
Non tam hominum suffragiis quam Divini numinis calculo delectus atque ascitus. Elected or chosen of God.
Emendicata suffragia, apud Gratianum sunt, potentium seu nobilium commendationes
Potioris pacis suffragio, by the most and best voices
Electus, creatus, calculis omnium, & suffragiis statutus; uno ore, summo consensu, omnium sententia, comprobatione constitutus, designatus, electus, Elected or chosen
Septem-virorum, summus; in Romano imperio senatus, The Electors of the Empire.

Chronicles, vide Histories.

it is Chronicled, vide written.

a Church, a Temple, a Chappel, a Chancel.

Templum, νάος
Domus Dei, orationis
Ædes in singulari tantum numero
Ædes toto terrarum orbe Buscoducis celeberrimæ
Ponitur quoque in numero plurali pro Templo, sed ferè semper cum adjectione, ut sacræ ædes
Sacrum substant. ἱερὸν
Asylum pro Templo ponitur Poëtis
Lararium apud doctos legitur
Ædicula diminutivum pro sacello, a chappel
Sacellum, παράσημον Clarium
Oratorium, Adytum, Sanctus Delubrum, media producta & Phanum apud veteres idololatras, dicebatur
Domus deorum
Ara, Altare apud Poetas
Rhenanus in scholiis historiæ tripartitæ scribit olim in Christianismi principio templa Dominica vocari solita, unde in hodiernum usque diem lingua vulgari dicimus, Domine, hoc est, dominicum Latinè, vocis hujus usus est in vetustis Greg. Nazian.
Κυριακὸν quoque Græcè nostrate lingua vulgari Church dicimus. Sacrarium Ἱερομνημονεῖον & Cella pars templi sacratior.
Sacrista apud probatos authores non invenitur.

to Christen, vide baptisme.

Churlish, wayward in company.

Nimium acerbus, durus, difficilis, asper, tetricus es in consuetudine
Consuetudo tua difficilior est quam propter suavitatem nullo expetatur
Minime jucunda est, Amara potius atque odiosa est
Minime accommodatus ad morem, consuetudinem, & naturam es
Ita te morosũ difficilemq; præbes in consuetudine
Ita mores aliorum fastidis ut nemo te, tu nemine uti possis
Ut neque tu quemquam, neque te quisquam ferre possit
Ut neque tu cujusquam consuetudine, neque tuâ quisquam frui possit

Circumspect, wary, advised.

Providus, Prospiciens
Circumspectus, Polytropus
Cordatus, Sciens, Solers
Gnarus, cautus, intelligens
Prudens, quasi providens
Oculos in occipitio gerens proverb.
Alter Janus, Ἰανὸς ἄλλος
A fronte simul & occipitio oculatus.

to be Circumspect, to foresee.

Cavere, prospicere sibi
Cautionem habere, adhibere, adjungere
Circumspicere diligenter, animadvertere, attendere, providere
Curare, Cogitare, Cogitationem rei alicujus suscipere.

a City, vide Town.

Civil, vide Gentle

a Clapper, a Rattle.

Crepitaculum κρόταλον.
Crotalum, σύριγξ Syrtium

The Clapper of a Bell, or Door.

Ropalum, campanæ malleus, Ῥόπαλον & quo ostium pulsatur malleus, impulsor, ostii annulus, circulus, circus, κίρκος fores propellens, unde & ἐπώτης dicitur.
Erasmus in colloquiis Circulum illum ferreum ostii annulum cornicem vocat; Græci κορώνην

to Claw, vide to scratch

Clean

Clean, Neat, Pure, Chaste, undefiled.

Purus, Mundus, Tersus
Politus, Immaculatus, Integer
Pudicus, Inviolatus
Incorruptus Intemeratus
Illibatus, Unspotted.
¶ Nullas ferens sordes
Insolens sordium
Munditiarum perquam studiosus
Mundulus
Castus, ἁγνός
Cum Bellerophonte pudicitia audens contendere
Spectatum satis & magnũ continentiæ exemplum
Sine ulla libidinis vel turpitudinis nota
Falluntur qui idem significare putant cælibem quod castum: nam cælebs is propriè dicitur, qui uxorem amisit, vel certe iam non habet, etiamsi non habet concubinas, vide chaste.

a clean or pure heart.

Cor purum, Mundum
Tersum, conscia mens recti
Cor liberum, & vitiis castũ
Expurgatum à peccatorum sordibus
Nullius sibi mali conscium
Καθαρὸν, Sine macula
Sine labe, Sincerum
Bona fide, recta mente aliquid facere, efficere
Nitidum, Albicans, Defæcatum

to make clean, to wipe, to cleanse.

Abluere, Eluere
Lustrare, Purgare
Mundare, Detergere
Purificare, Expurgare
Καθαίζειν, Sordibus liberare
Mundificare, Emundare labem
Expiare, maculare

clear, pure, bright.

Clarum, Splendidum
Fulgidum, Nitidum
Serenum, Limpidum
Coruscum, Luculentum
Purum, Perlucidum & Pellucidum
Lucidum, Perspicuum
Transluc idum, Evidens
Non obscurum, Liquidum
Sole meridiano clarius nitens
Solaribus radiis lucidius, radiantibus
Vitream habens perspicuitatem
Quod vel cæco appareat
Quod purum, perspicuum sit

to clear himself, vide to purge.

clearly, evidently, manifestly, plainly.

Manifestè, Liquidè, Planè
Clarè, Apertè διαφανῶς
Ad liquidum, apud Hieronymum σαφῶς
Dilucidè, Luculenter
Luculentissimè, Evidenter
Splendide, Lucide
Perspicue, Distincte, Disertè

to cleave.

Findere. Cuneis scindere
Quadrifidam quercum cuneis scindere
Rimam facere, ducere

to climbe, to mount, to ascend.

Ascendere, Conscendere
Summi fastigia tecti ascensu superare
Evadere ad summa fastigia culminis
Niti gradibus

to Cloathe, to apparel, to put on a garment.

Inducere vestem, Convestire
Investire, Circumvestire
Velare corpora, imo velamine cingere
Insignire amictu
Circundare amictu corpus
Veste corpus tegere
Vestem induere, injicere amictum.

a Cloathing, a garment vide apparell.

a clock, a dial.

Horologium, Sciaterion Ὡρόσκοπα, ἡλιοθῆρα, ἀφηλίκια Græcis dicuntur
Horologium, solare & solarium generali vocabulo, quod ad umbras, solis horas demonstrat, sive pendeat, sive jaceat, hoc est, sive verticale sit, sive australe
Clepsydra, horologium aquarum
Clepsammidion, apud Eras.
Sciatericum, quod ineptè compassum vulgus dicit
Pixidecula Hermolao Barbaro nominatur, qua nautæ utuntur
Gnomon, stylus vel Solis umbilicus, ut Plinio appellatur, qui horas significat, the wiser.
Index horarius, idem Sciathera.

a cloak, a Spanish cape.

Pallium, Græcorum ἱμάτιον

Toga Romanorum
Recinulum cuculatum ac cucullio, apud Vivem, pallium Hiſpanicum
Penula, lacerna, pallium itinerarium
Δασύτριχον Veſtis villoſa, hirſuta
Amiculum, Palliolum
Tegma à Cicerone dicitur
Impluvium, ſagulum
Sagum villoſum ſeadē ſunt
Ῥιδέρμις
Palla mulierum propriè eſt
Chlamis militum
Paludamentum & Epheſteris, a coat armour

to Cloſe, vide hide.

to cloſe ones eies, vide eies.

Clown ſh; vide rude.

a Cluſter of Grapes, vide Grapes,

a Cobler, vide taylor,

a Coach, vide dray, or litter.

a Cock-bird.

Gallus, li. Gallinaceus ſubſtantivum
Ἀλεκτὼρ, quod nos à lecto exuſcitet ſic dictus Græcis
Et Gallus gallinaceus.
Criſtata volucris, avis
Ales lucis, ſeu diei nuncius
Excubitorque diem cantu prædixerat ales

a Cock, a ſpigot, vide tape.

Cockle among corn.

Lolium, ζιζάνιον
Zizanium, Zizania
Æra, Æthelops, Feſtuca
Avena ſterilis, Virg.

a Cod-fiſh.

Aſellus Eraſmo & aliis dicitur ὄνειρον Græcè, piſcis (ut ſcribit Galenus) facilis digeſtionis
Capito, onis. M. G.
Pompius à nonnullis dicitur, præſertim Murmel. unde quidam.
Pompius à tumido venit cui corpore nomen
Milago in Germania ſuperiori vocatur; idem credo piſcis qui nobis Aſellus dictus.
¶ Salpa, piſcis idem vento induratus, Stock-fiſh, quē aliiBergolium, nonnulli ſtrumulum vocant.

a Coffer, vide cheſt.

a Coffin, vide biere.

a Coife, a Call.

Galerculum, Reticulum
Κιθεφόφαλον, Retiolum
Crobylum, κεφάβυλον, retiolum vel reticulum continens
Vitta propriè mulierum, ταινία

Cold.

Frigus, Frigor, ψῦχος
Rigor, ἔκτος
Glacie frigidior
Gelicidium, Pruina
Gelum, gelu vel gelus

to be, or to ſuffer Cold

¶ Frigere, Algere, Rigere gelu
Obrigere hyberno frigore
Dirigere, apud Virg. Frigore obrigeſcere, Confici frigore
Hybernis menſibus, temporibus, frigore concuti to have great cold, Horrere Glacialem actum experiri
Frigore lapſa cadunt folia
Concreſcunt currenti in flumine cruſtæ
Undaque jam tergo ferratos ſuſtinet orbes
Algeſcere, Frigeſcere, rigeſcere, &c. inchoativa
Frigidum, algidum, gelidum, pruinoſum, glaciale, brumale, hybernum, byemale

a Collar, a chain, an ouch, or broach.

Monile, Segmentum, apud Valerium Maximum
Torques & ſecundum Probum grammaticum Torquis
Χλαῖνις, πτερυγίδιον, Murenula
Torques aurei velleris, torque aliquem honeſtare. Munere & ſocietatem aurei velleris aliquem dignari, decorare
Miles ordinis aurei velleris.

a Dogs Collar.

Collare canum. Melius Millum & Millus
Collare canum venaticorum, confixum clavis ferreis eminentibus, adverſus impetum quorumcunque
Collaris, apud Plautum

Colewoits.

Braſſica Lampſana
Caulis, κραμβὶς
Braſſica Appiana, quæ alio nomine caputinum, & Sedelana dicitur

to Come again, or return.

to Come againſt, vide meet

to

to come before, vide to Prevent.

to come forth, or to go abroad.

Exire in publicum
Prodire in orbis theatrum, in publicum
Venire sub oculos hominum
Prodire
Procedere in solem, Terent.
Prodire, venire in lucem sub hominum conspectum, in publicum, in lucem, & in hominum manus
Exire, Exire in officinam

come hither.

Huc iter accelera, Huc gressus move
Accurre huc, Terent.
Adsis, παράθι, Adesto
Ades absolutè pro veni, accede
Ter pedem huc, Huc iter dirige
Huc contende, Huc flecte gressum
Adesdum, paucis te volo

to come in good time.

Commodùm venire, adesse
Salust. ubi commodùm est adverbium
Pro opportunè, κατὰ καιρὸν
Venire, advenire in tempore
Opportunè, commodè, optimè se offerre, advenire, adesse
Oppido, opportunè te obtulisti mihi obviam, Terent.

to come in use, or custome.

Abire in morem
In consuetudinem venire, exire
Irrepere paulatim
In usum abire
Inolescere, inolere
Serpit hæc consuetudo per homines.

to come to passe, vide to happen.

I will come quickly, vide not tarry.

to come slowly, leisurely.

Tardè venire, serpere
Pedetentim ire, foot for foot
Testudineo uti gradu
Itineri, plateæ immorari
Nectere moras

to come to himself again.

Ad se redire, apud Terent.
Reddi sibi
Remigrat animus nunc demum mihi
Corrigere se est dissipatas animi partes in suum rursus locum cogere, quando expulsa mentis perturbatione quies redditur.

it cometh or riseth from thence.

Hinc vel inde proficiscitur, venit, provenit, profluit, manat, dimanat, oritur, surgit, fluit, nascitur, exit, originem ducit, permanat
Hujus mali causa in re tota residet, quod huc calamitates omnes reddiderimus
Causari pro originem ducere; Morbus causatur ex corrupta natura
Peccata ex vitiis manare, ut scribit Cicero. Hinc ortum est, natum est malorum agmen
Ille author est, origo, principium
Radix malorum omnium
Ἀρχὴ, πίζα
His exordiis, his fontibus cœpit vitiorum colluvies, turba malorum
Hæc culpa, hic error
Exorta omnia à te
Hic seminarium fuit
Ex uno fonte omnia scelera manare cernimus, Cic.
Ex hoc fonte

to comfort, to solace, to recreate, or refresh.

Solari, παραθῆναι
Lenire aliquem consolatione, amicis verbis delinire
Dare solatia, Cic.
Vti solario
Lenire metaphor. ut explere pro consolari, apud Terent.
Solamen adferre, solatia, consolationem adhibere, Solatio esse
Tristibus rebus solatia supponere
Oblectare animum, dolorem animi lenire, consolari
Ψυχαγωγῆν, παραθῆν
Dolorem levare
Amorem solatur musa
Remedium ferre doloribus
Mœrorem minuere vel abstergere, exuere
Pectus tranquillitati reddere
Consolatione lenire
Lachrymas alicujus solari
Erigere afflictos, apud Ciceronem, Animum erigere consolationibus
Anxios levare, & ad meliorem spem evehere, vide to encourage.

comfort, consolation, recreation.

Solamen, solatium, consolatio
Lenimen, levamen, sublevamen curæ casusque
Allevatio, Recreatio
Allevamentum, apud Cic.
Oblectamentum, ψυχαγωγία
Delectamentum, delinimen

comfortless, or uncomfortable.

Nihil est quod consolatium, consolationem prebere, afferre, parere, solatio esse, consolationi esse mihi possit
Nulla res est, quæ recreare, reficere, levare, vindicare à dolore, liberare solicitudine, eximere dolore, abducere à cura, avocare à molestia, abstrahere, avellere à mœrore animũ meum possit
Nulla jam consolatio animum meum afflictum languentem, jacentem erigere, excitare, confirmare potest.
Pessime affecto animo, ægrotanti, laboranti mederi satis nulla ratio valet
Parum apta remedia reperiuntur; inutilis, infirma, inanis, supervacanea prorsus omnis medicina est.

comliness, vide handsomness.

to command a thing impossible.

Tu mihi imponis, imperas, mandas, præcipis, jubes, committis, quæ sustinere non possum
Quæ vires meas exsuperant quæ præstare, efficere, perficere, exequi vix possum
Magni negotii est, summæ difficultatis, operæ non exiguæ, ad exitum ea perducere, quæ in mandatis à te habeo
Dura nimis, gravia, difficilia

a Commandment, a Statute, an Act of Parliament.

Edictum, Imperatum
Mandatum, decretum
Statutum, Præscriptum
Lex, νόμος, Consultum
Præceptum, Jussum
Lege cautum, Sancitum
Ψήφισμα, Consultum
Imperium, Senatusconsultum
Ἔντολὴ, ἐπίταγμα

cruel Commandments.

Imperia Manliana
Phalaridis imperium
Zaleuci lex, proverb. pro edicto mandatoque, plus satis rigido, parumque humano
Jugum durissimũ, in Bibliis

to publish, to make, or set forth a commandement. Proclamation.

Indicere, præscribere legem
Edicere seu edicta præcipere
Facere plebiscitum, Senatusconsultum
Ferre legem, imperare
Εἰσφέρειν τὸν νόμον
Legem instituere, constituere, promulgare, sancire, componere, imponere, scribere, jubere
Rogare legem, sciscere
Leges trahere mandata dare, To set forth
Rogationes ferre
Decretum facere, interponere
Ponere decretum, jubere
Decernere, Statuere
Statuere decretum, apud Hieron.

to commence an Action, vide to sue the Law.

to commend one Friend to another.

Sic eum tibi commendo, ut majore cura, studio sollicitudine animi non possã
Quanti te facio, quanti es apud me, quanti mea est erga te observantia, quantum tibi tribuo, tibi defero, pro mea de te opinione, pro animo, voluntate, studio in te meo, peto a te ut hominem suscipias, complectare, foveas, in tuis habeas
Ut eum mea causa, tua authoritate, conservatum velis, cures ut ex hac mea commendatione mihi quã maximas agat gratias
Ut intelligat hanc meam commendationem sibi apud te maximo adjumento & ornamento fuisse
Eum (si me diligis) eo numero cura ut habeas, quo me ipsum

to commit, or leave the matter unto God.

Diis permittere, cõmittere
Deo fortunæque committere
Permittere divis, apud Horat.
Dare se fatis, apud Virg.

Joy

Jovi fuerint hæc omnia curæ

to Commit a great or heynous fact.

Conficere, patrare facinus
Admittere, perpetrare, committere, edere, signare facinus indignum, flagitium, noxam, turpe aliquid
Facere facinus indignum se aut suo genere
Facere capitale, id est, facinus capitale. Plaut.
Facere nefas, scelus, flagitiũ
Committere, edere facinus, scelus in patriam
Quod scelus, quod facinus patricida non edidit
Immanes æquare crimine Cacos

it is common, or vulgar.

Protritum, Tritum
Triviale, Vulgare
Vulgatum, Pervulgatum
Populare, Promiscuum
Communne, Quotidianum
Passim, obvium ἐγκύκλιον.

a common Proverb, or Saying.

Proverbium. Diverbium
Adagium vel adagio
Vetus verbum
Vulgi fabula, dicterium
Dictum celeber, celebratum
Vulgo jactitata sententia
Paræmia
Populi dispersa per auras fama

Commonly, for the most part every where.

Passim, Vulgo
Παρδημεί
Plerumque adverb. Populariter
Ab universo populo
In compitis, triviis
Publicè, Publicitus
Trivialiter
Ut plurimùm.

commodity, vide profit and pleasure.

commodious, vide profitable.

a commotion, or sedition.

Seditio, Factio
Conspiratio, Motus
Tempestas, Perturbatiorerũ
Rerum novarum molitio
Tumultus, Turba
Turbatio, Dissentio
Commotio, Controversia
Divisio, Discordia
Δίχοστασία, διαφορὰ
Coitio arcana, & factiosa pactio
Tyria maria, proverb. pro ingentibus turbis, re admodum tumultuosa
Et δυσηχὲς Græcè, significat populi rebellionem, commaciam, quum nullo principe tumultuantur, nulli parens, pro sua libidine rem gerens, vide Sedition.

a great company.

Turba, Agmen
Multitudo, Cohors
Caterva, Phalanx
Cœtus, Turma
Grex, frequentia, vide multitude.

Companions; Fellowes, Mates.

Sodales, ἑταῖροι
Quos ego dilexi fraterno more sodales
Contubernales
Commilitones, Socii
Compares substantivè
Consortes
Comites, apud Lucan. pro socii
Sub eodem papilione versantes
Comites & socios Cæsar conjungit Cicero.
Collegæ socii etiam sunt, sed in dignitate aliqua
Sed complices in malo, in scelere participes, societate scelerum obstricti, of one sort, or company.
Ejusdem farinæ
Ejusdem factionis
Ex eodem grege.

to compare, vide to liken.

not comparable to him.

Non est cum illo comparandus, conferendus, æquandus, coæquandus, æquiparandus.

a comparison, vide likenes.

to have compassion, or mercy, or to take pity.

Compati, Condolere
Misereri, οἰκτείρειν
Misereri & commiserere
Miserescere, Miseret me tui
Commoveri, Moveri misericordia, valde moveri
Respicere & solari jacentẽ
Συμπάθεια, misericordia capi. Cic. Tuo mœrore maceror, marcesco, confenesco, & tabesco miser.
Contra, Viscera, cor, claudere egeno, Inopi non misereri.

to compass a matter in few words.

Dicta summatim colligere sum-

Summam conferre
Redigere in ſummam
Recapitulare
Capita rerum ſummatim repetere, ſummatim inſtaurare
Paucis ſententiæ rationem reddere
Conferre rem in pauca
Paucis abſolvere, concludere
Summam rerum decerpere, uno faſce complecti, proverb. to touch the ground of the matter.
Ne, quæ ſunt infinita proſequar, ſummatim dicam
Rerum ſummam quam potero paucisſimis perſtringam. Multa prætermittendo, coronidem inferre
Summam rei in pauca conferre
Rerum capita ſt ictim perſequi, non longis laxiſq; verborum periſtromatis orationem producere
Ad capita redigere
Ἀνακεφαλαίωσις
Fuſius ſparſimque dicta paucis repetere
Perorare id Latinis dicitur, & epilogum texere

to compaſſe about.

Circundare. Circumire
Vallare. Circumfundere
Ambire, vide to environ.

to compell, to conſtrain.

Perpellere, Pertrahere
Cogere, Adigere
Ἀναγκάζειν Vim facere
Compellere. Impellere
Urgere. Protrudere
Ἀναγκάζειν
Obtorto velut collo, vel mento, trahere, pertrahere, id eſt, volentem nolentem ſd aliquid perpellere: gendum

to compaſſr, vide to bung.

to complain, to lament.

Queri deponens, Conqueri
Δεινὰ ποιεῖσθαι, μιμεῖσθαι
Deflere in ſinu amici. Plin.
Ægre ferre, Lamentari
Ponere, deferre querelas.
Querimoniam deponere
Effundere queſtus,
Edere, Sonare
In querelarum vocem erumpere
Querulari, Queri injuriam fati
Rumpere queſtus, querelas, pectore
Queſtibus ſemper novis fatigare
Queſtus dare pro conqueri
Peragere querelam
Queritare vel queritari
Replere querelis
Canere de Telamone, proverb.
Implere ululatibus
Crepare pauperiem; id eſt, cõqueri ſuper pauperiem
Querelas meditari
Querelam, querimoniam habere
Deplorare, Expoſtulare
Querelas habere. Queri graviter, abſolutè, apud Cic.
Supprimere querelas, Interrumpere
Mœſtis loca queſtibus implet, Virgilius
Querela venit, incidit minor verbo.
Querela venit ante diem, quæ eſt intempeſtive.

Complaining, vide Mourning.

a Complaint, a Lamentation, or Moan.

Querela, Querimonia
Queſtus. Ejulatus
Fletus, Gemitus
Lamentatio, Queſtio
Conqueſtio, μομφή.

Completion.

Temperatura naturalis, quam Complexionem vulgus dicit.
Temperamentum, temperatura corporis
Naturalis conſtitutio
Conglutinavit hominem natura optimè
Habitudo, habitus corporis
Ἕξις, κρᾶσις τῦ σώματος
Conſtitutio corporis à L. Vive vocatur
Tenellæ conſtitutionis, tender.
¶ Bona corporis conſtitutio
Corpus bene conſtitutum, optimè compactum, of a ſtrong complexion.

to Compoſe, or to make any metre or proſe.

Numeris aſtringere, Cogere verba in pedes
Ludere numeris, modis
Fundere verſus, orationem apud Cic. Tuſc. 1. profluenter vel abundanter præbere, componere fœlici quadam componendi promptitudine
Carmina edere
Canere, Poëtæ dicuntur carmina condentes: *videor* Græcis ſimiliter, id eſt, cantare, quod propriè poëtarum eſt
Volumen efficere, condere, Cic.
Elaborare aliquid dignum chartis
Condere poëma, quod vulgus verſificari dicit. Cudere
Excudere
Elucubrare, Elaborare
Scribere

cribere librum, συγγραφειν
onfingere, Pangere versus
onderecarmen, ποιειν
omponere, conficere, scribere, facere poema, versus, libros
educere versus, Horat.
emporario ludere spiritu

to Conceive, vide to engender.

to Conceive, vide to imagine.

Concord, vide agreement.

to Condemn to death.

Mortis sententiam dicere, proferre
Nigrum præfigere Theta. Persius
Damnare, condemnare
Addicere supplicio
Adjudicare morti, necí, supplicio crucis, suspendio
Morti addicere
Damnare rei capitalis, capite vel capitis
Mortis sententia damnare
Estimæ necí tradere
Nigris corvis damnare in escam
In dicta causa damnare
ἀποψηφίζω subaudi θάνατον
Capitali sententia damnari
Judicum sententiis ad capitale supplicium condemnari
Capitalem accipere sententiam
Offendere judices, Cic.

Conduits, vide Rivers.

to confesse, to acknowledge, to grant.

Agnoscere, Testari, Fateri, Ἀνομολογεῖσθαι, Concedere
Audire, quamvis aliquando jugantur audio & fateor

to confesse his sin or faults.

Confiteri ὁμολογεῖν
Culpam solenni Papistarum more sacrificio fateri, agnoscere
Mentis vulnera aperire
Pandere secreta pectoris
Exomologesin facere
Ἐξομολογεῖσθαι
Confiteri crimina, errata, admissa
Exonerare conscientiam
Auricularem facere confessionem
Aperire animum in confessione
Sacerdoti scelera commissa fateri
Scelerum sentinam purgare
Expurgare vetus peccatorum fermentum
Profundere, effundere in sinum, in aures fratris tui per humilem confessionem quicquid noxarum assiduitate peccandi contraxeris
Confessione crimina detegere
Flagitium secreta confessione declarare, agnoscere
Detegere conscientiam, commissa, pondera peccatorum prementia, exitialia scelera
Depellere corpore nævos
Pungens sanie pectoris ulcus rescindere, revelare sacerdoti
Cordis orisq; confessionem posito pudore ingenuè facere
Peccata diligenter excussa sacerdotum auribus consenda deponere.

to Confiscate goods, to make forfeit.

Confiscare, Proscribere
Committere apud jurisconsultos
Facultates in regium fiscum redigere
Repertis titulis opes in Principis convertere fiscum
Bona omnia, facultates, adimere
Prædia in publicum committere
In publicum addicere, & Græcè ταμείῳ προσγράφειν, Ærario applicari dicitur
Addicere fortunas, bona alicujus proscribere
Prædia bonaque fiscus tradere dicitur
In publicum ærarii jus redigere facultates ex condemnatione
Publicare. Cicero
Bona ejus censeo publicè possidenda
Ad fisci jus sociare

to Confute, vide overcome.

a Congregation, an assembly, or great company of men or people.

Cœtus, Multitudo
Frequentia, Turba
Numerus, Concio
Conventus
Comitium
Conventiculum in malam frequentiùs accipitur pro conventu sceleratorum, flagitiosorum
Congregatio, Plebs
Populi coacervatio
Desperata plebis fex, colluvies
Vulgus ignobile, mobile, quod semper mutatur cum principe, inconstans, clamosum
Fex, vulgi opificum

Infimate,

Infimates
Imperita, incondita multitudo, cujus plerunque opinio tantum à veritate distat, Platone & Seneca authoribus, quantum ea quæ absunt maxime
Populus, quem Horatius Platonem sequutus, vocat Belluam multorum capitum; & ne micam quidem salis in toto habet pectore, qui belluæ illi placere studet
Dominus polycephalus, οἱ πολλοί

to Conquer a Realm or a Country, vide to Win.

to have a burthened or a gnawing Conscience.

Habet conscientiam mille peccatorũ morsibus quasi stimulis vulneratam
Eruditus artificio simulationis
Simulator
Fucatus (tus
Fuco sanctimoniæ persona-
Venditans sanctimoniam
Fucatæ sanctitatis homo
Duplex animo, corde
Fucatam, personatamque sanctimoniam præ se ferens
Paries dealbatus, in actis Apostolorum
Τοῖχος κεκονιαμένος
Sepulchrum dealbatum, Christus in Evangelio vocat sanctimoniæ simulatorem
Hypocrisis, simulatio virtutis
Venditatio quædam atque ostentatio, Hypocrisis

Issue of ones body, a Child.

Propago, Progenies
Soboles, Proles; Liberi

Italy.

Italia, ab Italo rege
Italica terra
Latium, Ausonia
Hesperia magna vel major
Oenotria, è rege Oenotrio
Ausonis ora

It is so.

Ita est, ita se res habet, sic est rei status, in hoc statu res est, ejusmodi res est, hoc loco res est

to Judge, to give a sentence or Judgment.

Censere, Judicare
Judicium facere
Sententiam ferre, dicere, pronunciare
Damnare, Condemnare
Judicem agere
Dijudicare
Censuram agere
Jus dicere, to pronounce the Sentence
De re ultro citroque diligenter cognita pronunciare, definire
Acre, exactum, præsens, constans judicium, sententia, censura

to sit in Judgement.

Sedere pro tribunali
Rixas fori judiciarii dirimere
Rostris præsidere
Præesse causidicorum subselliis, foro judiciario
Cerdonum jurgia dirimere
Forum agere
Judicia exercere, apud Cic.
Ferre pro tribunali sententiam

to appear personally in Judgement.

Judicium subire
Sistere se tribunalibus
Comparere
Causam dicere
Se apud Judices tueri, purgare

a Judge.

Judex, Prætor
Jura reddens, δικαιοδότης
Sedens pro tribunali
Καθήμενος ἐπὶ βήματος
Sententiæ lator
Rerum capitalium Judex, qui & Quæstor appellatur, quæsitor
Judex maleficiorum vulgo dicitur de latrociniis judicans, sive latrunculator, the Recorder
Prætor Capitalis

the Judgment Seat.

Judicii locus
Δικαστήριον, Forum
Forum judiciarium
Forum judiciale
Tribunal, βῆμα
Judicium, Consessus

after my Judgement, vide Meaning.

a Jugler, he that useth crafty conveyance.

Gesticulator, Præstigiator
Impostor, Pantomimus penult. Cor.
Πανοῦργος
Circumforaneus
Pilarius apud Quintilianum
Gelasinus, γελασῖνος
Circulator, quem Græci ἀγύρτην appellant, seu præstigiatorem cum deceptione circumforaneum
Apuleius lib. 1. hujus-

modi præstigiatorem populi frequentia stipatum mortalibus suas fallacias admirantibus, circulatorem vocat, dicens, Circulatorem aspexi equestrem, spathâ præacutam mucrone infesto devorasse (tur
Cyclicus ab Horatio voca-
Impostor nugas ac strophis captans quæstum, Vide December

Just, Rightcous.

Justus, δίκαιος
Æquus, Rectus
Muneribus nequaquam corrumpendus (tie
Incorruptæ æquitatis, justi-
Justitiæ oculus
Bochyris alter
Justitiæ stutina, statera justior
Rectam ingrediens viam
Rectum tenens clavum
Æquum & bonum colere
Æquitatem servare

Justice little set by

Pauci sunt hac ætate, his temporibus, quibus justitia cordi sit, qui justitiam colant, exerceant, curent, tueantur
Qui de justitia laborent
Apud quos justitia locum habeat, justitiæ locus sit, qui se justos præbeant

Justice is to be followed.

In omnibus actionibus nostris id solum spectare debemus, quid Justitia postulet, ratio præcipiat, conscientia proponat
Quid sit justitiæ, quid rationi consentaneum, quid cum justitia, ratione congruat, conveniat, consentiat
Habenda justitiæ summa ratio est
Una spectanda justitia, nihil præterea
De una justitia laborandũ
Sequi ducem justitiam debemus, agere cum justitia, justè, rectè, honestè
Honestum tuendum est solũ
Nostra consilia, nostras actiones ad unam justitiam referri decet
Justitiæ inservire, justitiam exercere, ad justitiam incumbere debemus
A justitia minimè discedendum, recedendum est

K.

to Keep, vide to Defend.

to Keep close, vid. to cover

Keep it close, vide beware, tell it no body.

to Keep in or hold under.

CObibere, Coërcere
Domare, Frenare
Supprimere, Continere
Subjugare, vide Subdue, and taine

to Keep a holy, or feasting day.

Agere diem festum, ἑορτάζειν
Facere diem solennem, festum
Celebrare festum, diem feriatum, diem festum
Ἑορτὴν ἄγειν, ἐορτάζειν
Celebrare solennitatem
Facere solennitatem, apud Hieron.
Operam dare rebus divinis
Feriari vel quiescere
Ἄγειν ἡσυχίαν
Celebrare memoriam, mortem sanctorum
Labore & opere supersedere

to Keep from.

Arcere, Defendere
Prohibere, Cohibere
Coërcere, Protegere

it is better Kept in remembrance or longer Remembred.

Altius insidet vel insidet mente
Tenacius inhæret animo
Altè sedet animo quod primis discitur annis
In omnem usque vitam hæret
Penitius cogitatione hæret
Quo semel est imbuta recens servabit odorem Testa diu, Horat.
Quod rudibus annis & per hoc tenacioribus primùm imprimitur, nulla vetustate potest deleri
Quæ teneris, traduntur annis, & citius discuntur & tenacius retinentur
Cordi altius, intimius imprimitur
Penitus ac profundius in pectore reconditur, reponitur
Altius insidet hominum animis
Facilius penetrat in animos mortalium
Acrius insidet animis
Id perpetuò animo inhærebit meo
Hærere in medullis, & includi in medullis, utrumque, Cic.

to

to Kemb, or trimme the hair.

Pectere, Pectinare
Πλέκειν, κτενίζειν
Pexare frequentativum
Explicare capillum
Deducere crines pectine, Ovid.
Capilliculum comere
Pectine eburnea pangere
Fingere comam, pro ornare
Pectinem ducere à Brechmate ad verticem, Caput mulcere

a Kerchief for women, vide hood.

a Kettle or Cauldron.

Cacabus, κάκκαβος
Caldare, Caldarium
Lebes, λέβης
Ahenum, χαλκίον
Ahenulum, Cumena

to Kill or slay.

Trucidare, Interimere
Multare morte, & neci dedere, apud Virg. utrunque
Exterminare, Necare
Afficere morte
Punire, Ulsciscei
Vindicare, φονεύειν
Dare neci, letho, Virg.
Perimere, Occidere
Mactare
Mortem inferre, adferre, obferre
Vitâ spoliare, Luce privare
Exuere aliquem anima
Vivorum eradere cœtu
Orbare aliquem luce, vita
Vitam, animam eripere
Morti dedere, Dare morti
Vitam eximere, vitam adimere
Interficere, jugulare
Jugulum ferire, to cut ones throat
Configere, to thrust thorow
Transverberare gladio, facili ictu perforare
Mucrone latus exhaurire
Confodere
Defodere, Perfodere
Morte aliquem excipere
Sternere, apud Virg.
Dare sopori aliquem, Plaut. in Aul. to lay one asleep.
Ense aliquem fundere
Premere sicut & cædere pro interficere, utrumque, apud Virg.
Auferre è vivis, è medio
Obvium quemque demere, obtruncare, conficere
Gladium in viscera mergere, apud Eusebium
Ferrum in fratris adigere viscera
Ferrum in viscera condere, Ovid.
Lethale ferrum in hominis stringere viscera
Perdere, Undè vulgò precamur, Dii te perdant
Agere orco aliquem, poëticum est, quemadmodum mittere sub tartara
Porrigere apud Martialem pro interficere
Cædem facere
Ultima supplicii animadversione mulctare, percellere
Ultimo adficere supplicio, Eras.
Obsidis unius jugulum mucrone resolvit, Ovid.
Solvere vitam
Hostili sanguine, hostium cædibus manus funestare cruentare
Sanguine commaculare manus
Ab ipsa (ut aiunt) stirpe perdere, to kill the whole race
Terram ore mordere, apud Virg.
Τέρμα οδὰξ δάπτειν, terram mordicus capere
Et apud Homerum, πάντες ὀδὰξ εἶλον ἀπάνευθε κόνις
Omnes mordicus ceperunt immensum solum
Ad internecionem cædere, extinguere
Viduare civibus urbem
Tollere matrem, pro enecare
Lethiferum vulnus infligere
Supremum excutere spiritum
Extinguere
Facere cadaver, Cic.
E medio tollere
Homicidium designare, seu patrare, to commit manslaughter.
Cæde & sanguine complere Christi caulas
Cædem exercere, efficere, facere
Mortes agere
Cæde nefanda perfurere
Ferro desævire, grassari, metere infesto
Cæde manum tingere
Dextras conscelerare insonti sanguine, πάσσειν χεῖρας μιαφόνους, Phocyl.
Ensem tepefacere sanguine
Maximam cladem facere, to murder cruelly
Sub armis capere
Intolerabilem cladem inferre
Per hastæ cuspidem cogere

to Kill himself.

Conscisere lethum, mortem sibi
Ἀναιρεῖσθαι ἑαυτὸν
Mittere se letho
Enecare se, Orbare se luce
Cadit telis ipse suis

Afferre manum sibi, Cic.
Ἐπιβάλλειν τῇ ζωῇ ἑαυτῷ
Ipsa sua concidit usa manu
Invenire mortem sibi
Scopulo se mittere ab alto
Abrumpere vitam
Veneni poculo animam exponere, Soli de Hannibale
Se se mucrone jugulare
Vitam rapidis ponere fluminibus

a Killing of men, vide man slaughter.

a Kiln vide Oven.

a Kindred or Parentage

Cognatio, Affinitas
Consanguinitas, Parentela
συγγένεια Propinquitas, vide Stock

of a noble Kindred.

Genus inclytum
Pulchra origine natus
Parentela haud ignobilis
Genus ducere Olympo
Propago regia, imagines
Stemmata illustria
Domini de gente suprema
Splendor natalium
Præclara stirpe creatus
Claritas generis
Antiquitas generis
Insignia, Claræ insignia gentis
Locus nobilis & fama multis memoratus in oris, fama super æthera notus
Famam extende e factis
Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt
Jam canitur toto nomen in orbe tuum
Nomen tuum immortale manebit
Qui magnum adeptus est nomen
Magnum & memorabile nomen
Veteres ceræ, Imagines avitæ
Imaginum commendatio
Tituli, Statuæ
Claro sanguine cretus
Famosæ imaginis, of an old stock
Stemmata cognationum, apud Juris. vide noble Kindred

to come of good Kindred or stock.

Referre genus
Originem trahere, deducere
Trahere ducere genus, à sanguine divum
Τὸ γένος ἄγειν
Stemma deducere
Illustri prodire origine
Descendere de stirpe
Ortum trahere
Successionem habere, ducere
Genus deducere
Diffundere genus, apud Virg.

to go out of Kind, or to work dishonour to his Kindred.

A paterno, degenerare instituto
Longius à majorum suorum exemplo digredi
Deflectere à patris avique præstabili insignique virtute, Cic.
Ab integritate morum paterno rum labi
Degenerare, ἐκτρέπεσθαι
Majorum deserere vestigia
Non respondere probitati paternæ
Virtutem patris non æquare
Recedere à vestigiis progenitorum virtuosis
Soboles virtutibus orba paternis
Paternas haud cavere cautiones
Inurere nomini paterno ignominiam

a Kinsman or Cosen.

Cognatus
Συγγενὴς, συμφυὴς
Conjunctus sanguine
Sanguinis vinculo & patriæ necessitudine conjunctus
Sanguine contingens, apud Suet.
Summa sanguinis propinquitate devinctus
Ipso sanguinis vinculo copulatus
Ἐγγενὴς συναίμων
Sobrinus, apud Terent.
Agnatus, Propinquus consanguinitate
Proximus, Affinis
Consanguineus
Junctus genere, sanguine, sanguinis copula
Quicum arcta mihi necessitudo sanguinis intercedit
Agnato sanguine propior, vide Cosens

to Kisse.

Osculare, Osculum ferre, ingerere alicui, Suet.
Libare oscula, Virg.
Pangere osculum, suavium
Exosculari, φιλεῖν, i. præ nantem esse
Imprimere osculum
Labella labris conserere
Deosculari, φιλεῖν
Tollere osculum
Dare basium, suavium, Osculum. Basiare, impudicitiæ sunt, Suaviari
Basia jungere
Figere, infigere oscula dulcia, Virg.
Oscula carpere, rapere, sumere
Oscula accipere

Excl-

Excipere mediis [amplexibus
Dulces dare amplexus, Virg.
Ruere in amplexus
Diffuaviari apud Cic.
Amplexa dextra inhærere
Cupidè arctèque complecti
Ulnis stringere, to embrace
Amplecti Complecti
Amplectari, περιχεῖσθαι
Stringere colla blandis lacertis

a Kitchin.

Culina, Coquina vulgo
Μαγειρεῖον, Popina

from the Kitchin to the Hall, or from a lower estate to a greater.

De nihilo, ex humili, magna ad fastigia rerum extolli, apud Juvenalem
In summam evehi gloriam
Obrepere ad honores
Operâ principum ad summos honores emergere
Ex miseria ad summas opes transire
Ad summam dignitatem emergere, Erasmus
Ex humili fortuna repente ad res amplas provehi; subvehi
Ex infima fortuna provehi
Auson. Fortunam reverenter habe, quicunque repente, Dives ab exili progrediere loco
Ex humili è summa emergere inopia, Crœsus ex iro
A remo ad tribunal.
Ἀπὸ κωπῆς εἰς τριβοῦνον, proverbio dicitur, qui repente ex infimâ conditione provehitur ad honesti muneris functionem
Evadere ad gradus altos, ad summi fastigia culminis
Ex phelleo venire, prov.
Ab asinis ad boves
Homo à se ortus
Novus homo. Huic consine, Ulysses pannos exuit, in quibus scilicet mendicum apud procos egerat
Videas etiamnum multos humili natos loco, adhæc nullis omnino fortunæ dotibus adjutos, ad eruditionis non solum fastigium, verum etiam summas dignitates ascendere, Claudianus. Asperius nihil est humili, cum surgit in altum
Contrà, from the Court to the Cart.

a Knave, a Slave, a Rascall.

Scurra, Tri-scurra
Furcifer, Trifurcifer
Nebulo, Verbero
Mastigia, Flagrio
Tenebrio, onis
Tenebrico, Niger
Scurra apud divum Hier.
Περιπολικός, Circulator
Triverbero, pistrina dignus
Nidis pabulum, Ravens meat
Omnibus modis improbus Ingenio malo pravoque, apud Sal.
Carcula, Calo
Imi derisor lecti, apud Mart. pro scurra ponitur
Ulysses remigium, a sort of Knaves or Rascalls

to Knead down.

Depsere, apud Caton. δίφειν
Farinam subigere
Versando mollire
Imbuere farinam fermento
Conspergere farinam per aquam, conglutinare, in massem cogere, formare, compingere, to make dow
Ἐμπυκάζειν
Massa farina subacta Consperso triticea, dow, ἔμπυσμα

to Kneel down, to make courtesie.

Genua curvare, incurvare, in terram figere, flectere, ponere
Γονυπετεῖν
Genua humi defigere
Poplites deflectere
Geniculare & Geniculari
Ingeniculari, apud D. Hieronym. in Esdra.
Submittere genua pro flectere, Plin.
Genibus succidere in sermone, Max.
In genua dilabi
Genibus niti, inniti
In genua decumbere
Poplitem incurvare
Flexo femam petere poplite, Cic.
Illa mihi ad pedes misera jacuit
Inclinare, incurvare se
Corpus inflectere

to fall down at once Knees vide to Prostrate.

a Knife, a Sword.

Culter, Cultellus
Ensis, Machera
Gladius, Gladiolus
Cultrum, παραξίφις
Mucro in carmine
Cultellum, κοπίδιον
Item, Ferrum pro cultro, ense

Novacula ξυεῖον
Cultor tonsorius
Cultor rasorius

to Knock one about the pate, vide Box one.

the Knot or Band of love, which cannot be undone, or unknit.

A noris adamantinum vinculum
Vinculum arctissimum atque indissolubile
Vulcanium vinculum, quo Martem & Venerem irretivit Vulcanus, ut scribit Homerus
Ἥφαιστος δεσμὸς
Vinculum insolubile
Nodus Herculanus
Nodus inextricabilis

to Know, to make known.

Certiorem facere, reddere, significare, aperire, exponere, explicare, demonstrare: erudiri, instrui. Vide to understand

to Know full well, or right well.

Tenere tanquam nomen, tanquam digitos, tanquam ungues, non latet ingenium mentm
Certum alicujus rei habere memoriam
Habere in promptu, ad digitos unguesque suos, condita mente tenere

Know yourself, & consider what you are.

In te descendas
Ad defectus proprios mentem reflecte (us
Descende in animum, pectus
Tecum habita, ut noris quâ sit tibi curta supellex, ut est apud Persium
Tuo te pede moduloque metire, Horatius
Nosce teipsum, γνῶθι σεαυτόν
Intra pelliculam tuam te contine
In tuum ipsius sinum expue
Propria cæde vineta
Tua vitia, teipsum inspice
Nec te quæsiveris extra, apud Pers.
Pectoris tui penetralia discute, sinum perspice

you Know well enough, vide not unknown.

to Know no way out of his tale.

Quem exitum, quem finem institutæ orationis expedire imponere possim non reperio, non video, aut quo fine eam claudere, absolvere, perficere queam

you Know my mind.

Mea consilia plane tibi nota sunt
Tenes consilia mea, animum meum, meos sensus
Non te latent mea consilia
Cognitum ac perspectum habes animum meum
Qui sit meus sensus probè nosti, præclare intelligis

I Know your estate well.

Novi, cognitum habeo, probe teneo statum rerum tuarum
Qui sit rerum tuarum status optimè scio, præclare novi
Egregiè intelligo de tuis rebus
Planè mihi constat, exploratum est, compertum habeo, nihil mihi dubium neque obscurum est
Non me fugit, latet, præterit rerum tuarum status

not Knowing, vide Ignorantly.

I know not.

Nondum planè constitutum sat scio, novi, cognovi
Satis habeo constitutum, deliberatum, exploratum, explicatum, certum, cognitum

without Knowledge, vide unlearned.

Cold, Ice, Frost.

Frigus, Gelu, Glacies
Frigidior glacie
Glacialem arctum experiri
Frigore lapsa cadunt folia
Concrescunt currenti in flumine crustæ
Undaque jam tergo ferre tos sustinet orbes
Astricto coit unda gelu
Glacie riget horrida barba
Rura pandit hyems gelu
Aggeribus niveis informis & alto terra gelu latet
Pluvia contristat frigor cœlum.

Cunningly, vide Exactly.

a Cunning hand, vide Occupation.

L

to Labour, to travell, to work.

Laborare, πονεῖν, Sudare
Defungi laboribus
Exercere, ἀσκεῖν
Laborare, se exercere
Rei operam dare, labore quærere
Exercere labores, Fatigari
Ἐκπονεῖν. Laborem colere
Exercere membra laboribus
Fallere, discutere ocium
Labores tolerare, sustinere, exigere, perficere, ponere, perferre, experiri, intermittere, pati, impedire
Cum tepido nostrum vere redibit opus.

to Labour in vain, or to lose his labour.

Ludere operam
Perdere operam & impensam
Actum agere
Actam rem agere
Nihil agere
Οὐδὲν αἴρεσιν
Frustra laborem insumere
Inanem operam sumere, insumere
Laboribus neutiquam frugiferis fatigari
Opes suas perdere in aliquo
Frustra, inaniter conari
Frustra operam sumere
Cavare, seu cavare laterem
Arenam numerare
Aeneæ semina mandare
Piscari in aere. Arare litus
Fodere Isthmum
Listora arare
Aërem verberare
Ventum colere
Æthiopem dealbare, &c.
Fallunt impensæ in aliquem collatæ.

to Labour, to travell with might and main.

Defatigare, Sudare acriter
Plurimum laboris exhaurire, haurire
Ἐκμοχθεῖν
Exanclare, Anclare
Ἀνλεῖν Græcum est, propriequæ significat navem exhaurire, deinde propter difficultatem rei & molestiam, ad laborem intolerabilem & impensam est translatum, pro quo vulgus parum apte anclare & exanclare per c scribit
Laborum Iliadem exhaurire
Nervos, conatus intendere omnes
Desudare
Versare saxum
Sudores in re aliqua exanclare
Sisyphi saxum volvere
In pulvere aliquo viriliter desudare
Multo sudore, labore, vigiliis aliquid colligere
Maximo conatu incumbere, & adniti
Nihil non laborum obire
Multum laboris exsudare
Non æstimandis laboribus quippiam absolvere
Ambabus manibus haurire
Ἀνλεῖν ἀμφοτέραις χερσί
Summo conatu quippiam agere
Herculeo quopiam & indefesso labore contendere
Summis uti velis
Ἄκροις χερσὶ τοῖς ἐσχάτοις
Insano juvat indulgere labori, apud Virg. Æneid. 6. i. immodico labori; sicut Insania pro magnitudine & amplitudine immodica Latinis ponitur
Unde, Insanæ extructiones pro magnis & amplis
Multo plus haurire laboris, quàm Hercules ipse dum Αὐγειον κόπρον stabulis repurgaret
Tanto in aliquod negocium incumbere studio, ut parum abfuerit quin sese labore conficeret, enecaret, quin ipse immoreretur, Erasm.
Ad mortem usque laborare
Pro tantis, tot annos exantlatis ærumnis, apud Budæum
Apponere manum
Laborando curam extremam impendere, omni quoque industria adniti, pro virili conari, haud segniter agere
Industriam labore adjutare
Manum admoliri, admovere, addere negotiorum actioni
Τὴν χεῖρα βοηθεῖν
Cum Minerva, id est, auxiliante Minerva, manum quoque movere, admoliri.
Σὺν ἀθλῳ καὶ χεῖρα κινεῖν
Etenim dii omnia laboribus vendentes adjuvant facientes, Vide to Endeavour.

you Labour too much in your study.

Nimium elaboras, invigilas, sudas, exerces te in studiis
Nimis immoderatè, supra modum,

modum, intemperanter ſtudes
Nimium laboriosè ſtudia tractas, colis, exerces
Suſtines laboris plus quàm ſatis eſt in ſtudiis exercendis
Sic laboras in ſtudiis, ut vires tuas imminuas, conſumas, exhaurias, debilites, infirmes, affligas.

Labour, work, endeavour, diligence.

Labor, Sudor
Vigiliæ, Labos
Πόνος, Negotium
Conamen, Conatus
Opera, æ. Niſus
Hoc operæ, Illud laboris
Aliud opus aggreditor
Ad ſolitum ruſticus ibit opus.

great Labour.

Labor magnus, maximus, nimius, Herculeus, Cleoneus, improbus, Virg.
Strenuus, indefeſſus
Inſanus, Immenſus
Immodicus, Ingens
Ærumnæ pro laboribus, oneroſus.

without Labour, vide Lightly.

a day Labourer, vide Journey man.

Labour loſt.

Fruſtra laborare, inanem laborem ſuſcipere
Arido ſolo, infructuoſo campo ſemina committere, mandare
Lateremlavare, Æthiopem dealbare. Operam male ponere, locare
Oleum & operam perdere, Studium inutiliter conſumere.

Labour ended, vide End.

Lack of money.

Pecuniæ anguſtia, mira nummorum penuria, ſumma difficultas
Pecuniæ minimũ tractãtur
Uſus pecuniæ prope nullus eſt.

Lacking, vide Want.

to Lay hands on one, vide to Arreſt.

to Lay a wager, vide to Wage.

to Lament, to mourn, to be ſorrowful, or ſad.

Mœrere, Dolere
Lugere, Animo ringi
Mœrore angi, in luctu eſſe
Miſeré contabeſcere
Languet animus mœrore, ſordibus.
In lachrymis jacere
Vexari curis
Dolore premi, conſumi, confici, obrui
Tangi animi dolore, vide to mourn, to wail, to be ſad.

a Lamentation, a weeping, a wailing.

Luctus, Comploratus
Mœror, Mœſtitia
Genium, Gemitus
Plangor, Planctus
Res lugubris
Lugub ia induere, to put on mourning attire, or apparel, vide Weeping.

Lamentable.

Lamentabile, Luctuoſum
Triſte, Lugubre
Flebile, δακρυτικὸν.

a Lamp, a Torch.

Lychnus penſilis, pendens, ardens, lucens
Lampas propriè ſplendorem ſignificat, λαμπὰς
Lucerna ſimiliter
Lampada, æ, ſub prima declinatione, apud D. Hier.
Eadem formula, qua dicimus, Cratera, æ, &c.
Cicindela, apud Auguſtinum, pro Lampade, ſed propriè, a Glawberd.
Lampyris, idis.

Lamp-ſtudents, that ſtudy by the Lamp or Candle.

Lucernarii, λυχνικοὶ
Lucubratores, Elucubratores.

Land, vide Field.

Language, vide Talk.

Largely, vide Liberally.

a Lark.

Alauda, κορυδὸς, ὁ
Caſſita, Galerita
Corydalus.

ſick of the Laſk, vide Flix.

a Shoomakers Laſt, or Leaſt, vide Form.

the Laſt, or Hindermoſt.

Poſtremus, Noviſſimus
Ὕστατος, Extremus

Su-

Supremus, Ultimus
Ἔσχατος. Vide Uttermost.

at the Last, Last of all, vide Finally.

of Late, not long ago.

Nuper, νέον
Nuperrimè, Nuper admodum
Non ita pridem, Non pridem
Diebus superioribus, ἔφθη
Jam dudum, Haud dudum
Paucis abhinc diebus
Noviter πρώτως
Recens, Recenter
Paucos ante dies
Mense nondum exacto. Vide in times past.

the Latine tongue.

Sermo Latinus, Latialis
Romanus: Lingua Latina
Loquela Latia, Italica
Phrasis Ausonica, Itala, Pallas
Eloquentia circulatoria
Kitchen Latine.

Exceeding good, very fine and eloquent Latine.

Eloquium verè Romanum
Romanus sermo non solum purissimus castissimusq; verum etiam uber, ac locuples
Mel Atticum, Hymettica mella
Attica musa, Ἀττικὴ μοῦσα
Eloquentia Attica, atq; ab Hymetto profecta, ut habent proverb.
Romani sermonis eloquentia, ubertas, fœcunditas, venustas
Dicendi illecebræ ac gratiæ
Venustatis pigmenta, & lenocinium, apud Budæum
Tenue filum, pro subtili stylo, apud Ciceronem
Phrasis quæ cum eloquentissimi cujusque phrasi conferri possit
Pulchrum orationis filum
Character epistolaris, olitus, tersus, brevis, dilucidus, elegans, emendatus, Latinus, Latius, verè Ciceronianus. Pulcher orationis stylus
Venustus stylus, Elegans dicendi genus, à musis profectum
Κλιμακοφία
Lepos orationis, floscculi, phaleræ, venustas, lenocinium
Attici leporis, sermonis lepor
Sermonis deliciæ
Dicendi lautitiæ, Meræ Veneres
Verborum ornatus, splendor, tersities
Cupediæ linguæ Latinæ
Literatura politior
Eloquentia, Elegantia
Cum quadam Venere dictũ

to Laugh.

Ridere, γελᾶν, Edere risus
Effusè ridere, ἐκγελᾶν
Solvi in cachinnum
Cachinnare, καχάζειν
Cachinnum effundere
Tolle e cachinnum Ridere Sardonium, syncrusium
Lienem exercere
Emori risu, est effusiùs ridere, defluere vel diffluere risu
Proverbialia sunt hæc posteriora
Risus solutus, magnus
Cachinnus, effusus risus
Risus Sardonius.

to Laugh at, vide to mock.

to abstain from Laughing.

Risum tenere, apud Horatium
Continere. Nihil unquam de rigore animum remittere, Solin.
Risui temperare
Excitare, concitare risum, to make to laugh.

the civil Law.

Jus civile, Imperiale, Cæsareum
Jus Papyrianum, Jus scriptum
Jus municipale prætorium.

the Canon Law.

Jus Pontificium, Jus Canonicum
Jus spirituale, divinum.

to sue one in the Law, vide Action, and to Plead.

it is Lawful, or meet, and reasonable.

Rationi consonum est ὑπολογον, Consentaneum
Ratio dictat Rationis est ὑπαγορεύει τὸ δίκαιον
Æquum & rationi consentaneum videtur, Par, Decens
Æquum, justum, rectum fuerit
Ἐπιεικὲς
Ut par est, ὡς τὸ ἐικὸς
Moveri ratione, εἰκὸς πεισθῆναι
Causa duci, to have good reason.
Legibus urbem fundare
Legem ducere, dare, imponere, indicere
Sub leges vocare.

a Lawyer, a Counsellor. Legi-

Legisperitus, consultus juris
Νομικὸς, νομοδιδάσκαλος
Iuris peritus, Iuris prudens
Iurisconsultus, vel Iure consultus
Εὐθύδικος, L. L. Doctor
Divinæ humanæque legis scientissimus
Pontificiarum legum Doctor
Professor juris
Iuris interpres, Antistes juris
Legum cautus, id est, peritus, apud Ausonium
Legalis mysta, apud Alciatum
Iuris consultus & æquus
Iureperitus, non minus prudentia quàm facundia laudatus
Asylum legum, vel Iuris
Νόμων ἐξήγησις
Alter Papinianus, Scævola, Vlpianus
Iuris scientia præstans
Qui summa diligentia, laboribus ac laudibus, ad legalem pervenit sapientiam
Clarissimus utriusque juris scientia
Mysta juris
Divini humanique juris scientia excellens
Eximius Iurium Doctor
Vtriusque juris laurea decoratus
Gemini laus splendida juris
Legum justitiæque sciens
Divini, humanique juris consultus
Cæsarei juris professor
Legum Imperialium eximius doctor
Cantores formularum, Cic. in 3 de Orat. vocat jurisperitos
Luculeius & Rubricarius per contemptum.

a Lazer, a Leper.

Lepra infectus
Mentagri infectus
Lepram patiens, Fœdus lepra
Elephantiacus, Elephante gravis
Elephantiasi laborans
Fœdissima plenus impertigine
Λειχηνόμενος, λειχὴν
Leprosus, Mentagricus
Incurabili scabie infectus
Armentagræ & impetiginis purulentia purgare
A lepra, ab Elephantiasi mundare, to cure the Leprosie.
Lepra, λέπρα λειχὴν
Elephantiasis, Elephantia, quæ & Elephas dicitur, Serenus
Est Elephas morbus tristi quoque nomine dirus, eadem mala scabies Horatio vocatur, aliis
Immundities lichenis
Grando etiam vocatur vulgo lepra, qua porci infestantur.

a League, a Covenant, an Agreement.

Pactum, Compositio
Conventio, Conventum & us
Fœdus, Pactio
Contractus, συμβόλαιον.

to make a League or a Truce, to Confederate.

Fœdero, as, are
Conventionem facere
Pactum inire vel fœdus
Conventum constituere
Ἀνθομολογεῖν
Pacisci, Contrahere
Fœderare, Fœdus inire
Fœdus sancire
Συνθήκας

Pactum facere, componere fœdus
Conficere pactionem, Cic.
Fœdus facere, συνθήκας ποιεῖσθαι
Pangere ut nonnulli volunt tametsi Servius reluctetur
Tractatus, contractatus, conventaque finire
Placitum componere fœdus
Mutuo fœdere, consensu, & sacramento se principes dicuntur devincire
Fœdere conjungi
Societatem in re pacisci
Convenire in tertia persona
Συνωμολόγησις
Fœdus contrahere, pangere, percutere
Ferire fœdus
Coire in fœdera, Virg.
Ferire pactum, vulgo compacturam facere dicitur
In æquas pactiones descendere
Fœdera accipere, Salust.
Conspirare, in bonam & malam partem sumitur, sed conjurare in malam frequentius: conceptis verbis veldata fide, factaque coitione consentire, simul jurare
Conjurationem, conspirationem facere
Haustu mutui sanguinis sancire fœdus, Solin.
Consentiones factæ sunt, posuit Cic. in Ver. Act pro eodem
Conflare conspirationem, apud eundem
Ad incredibile sceleris fœdus aliquem adsciscere
Ad illicitas jureque damnatas conlœderationes pellere & instigare
Ad qualvis res nefarias concordare.

to keep the League or promise, vide to break the League.

to

to Leake, to run forth as broken vessels.

Perfluere, Perstillare
Non continere liquorem
Transmittere liquorem.

Lean, Thin, Slender.

Macer, Macilentus, Macie pellucens, Gracilis, Exilis
Exsuccus, Strigosus
Ἐκλιπὴς, Extenuatus
Macie confectus
Pumice aridior. Aridus
Emaciatus, ἀπισχναινόμενος
Macie, inedia extenuatus, attenuatus, Macies ipsa
Σκιαρὸς, Metaphoricè apud Erasmum frequens, Ieiunus Metaphoricè
Monogrammus, à similitudine
Μονόγραμμος sicut & κατάτηκτος
Ironia proverbialis
Per medium annulum qui trahi posset
Pinguior lucerna, lethyco; qui cum multum edat non sit habitior
Leon ephide macilentior.

to be Lean.

Macie perlucere, Macere
Ariditate crepitare, macerare
Ἰσχνύνειν, ἰσχνύω, to make lean.
Macros obduxerat artus
Tu tenuis, tardique gradus, macieque peresus.

to become, or wax Lean.

Macrescere, Arescere
Extenuari, ἐξαμίζειν
Macrum, exsuccum fieri
Macerari, Marcescere, annis vel ægritudine in maciem ire, Soli.

to make Lean.

Macerare, Emacerare & attenuare
Ἐκτήκειν, Macrum facere.

to Leap, to Jump, to Skip.

Salire, Saltare
Dedit saltum, properans insistere ripæ
Corpora saltu ad terram mittere
Saltu super ardua venit, saltu terri
Secedere saltum.

to Learn.

Discere, disciplinam accipere, apud Cæsarem, comprehendere, animo complecti
Addiscere, Condiscere
Bibere, pro eodem, Erasmus. Non facilè dediscitur, quod pueribus imbibitur annis
Veterum volutandis monumentis discere, percipere, studere.

to Learn, to study diligently.

Plurimum operæ consumere insumere in literis
Studiis se exercere, agere vitam
Erudirioni parandæ operam dare
Occupare animum in studiis bonarum artium
Artes bonas assequi improbitate laboris
Adhibe ad omnes rerum bonarum disciplinas studium
Transmittere tempus in pugillares & in libellos
Ingenuis artibus vacare
Navare operam literis & dare
Incumbere literis & in literas
Incumbere in literarum studia
Acriter intendere animum ad literas
Ingenuas caput efferre per artes
Invigilare studio literarum
Elaborare pertinaciter in addiscendis literis
Studiis teneri
Multam ponere operam
Plurimam collocare operam in excolendo literarum studio
Dedere se penitùs sacris Musarum studiis
Immori studiis
Omne studium conferre
Intentam diligentiam adhibere
Literas amplecti
Musas colere
Τοῖς λόγοις ἐμπλοκὴν διδόναι
Asserere se studiis, Plin.
Se totum literarum studio impendere
Se Musis addicere in servitutem, devovere, dicare, consecrare
In optimis literarum studiis suavissimè otiari
Studiis bonis omne otium applicare
Artes habere in complexu, oculis, auribus, Plin.
Insano flagrare studio in literas
Scientia progredi
Habere processum in literis
Non parum in literis proficere
Colligere eruditionem ex studiis

Docta

Ducta in dies lines, profectum, progressum magnum facere in literis, in scientia aliqua
Lineam ducere
Nullum facere studendi modum nequefinem
Pieriis adhibere otia blanda libris
In amœnissimis Musarum viretis quotidie versari
In vernantissimis divinæ Scripturæ pratis exspatiari
Insudare literis
Totum se libris dedere
Libros assiduè manibus retinere
Impallescere studio, literis
Literarum sacra colere
Immodico studio se macerare
Abdere se literis, Cic.
Assidere semper chartis, immori
Sudium & omnem laborem, curam, operam impendere
Impendere tempus omne discendis literis, Studiosè versari, ac sedulò, in libris
Animos aptare studiis
Tota mentis cogitatione ferri
Intendere vim omnem ingenii in literas. Impendere pertinacem studiis laborem
Adhibere propensum literis studium
Studendi cura, impendio defigi
Ardentem intendere animum studio literarum
Inhærere libris
Τῶν βιβλίων ἀντέχεσθαι
Affixum esse literis.

to Learn without book.

Edisceré, memoria complecti, Cic.
Exercenda est memoria in ediscendis ad verbum quamplurimis ex nostris scriptis & alienis
Tradere in disciplinam
Docendum curare
Tradere præceptori aliquẽ à quo mores primum, mox eloquentiam discat, quæ male sine moribus discitur, to put forth to School.

to Learn by Experience.

Multa discuntur, percipiuntur, ab experientia
Multarum rerum scientia, cognitio, intelligentia, doctrina, capitur, sumitur, hauritur ab experientia & usu
Multa cognoscuntur experientia duce
Multarum rerum magister est Usus
Multa docet, ostendit, patefacit, viam aperit usus ad multarum rerum scientiam
Erudimur valdè, instituimur, expolimur
Ex ignorantiæ tenebris educimur
Ad scientiam pervenimus, scientiam consequimur, experientiam sequuti, experientia edocti
Experientia rerum magistra.

Learned.

Doctus, perquam doctus
Doctrina excultus
Literis perpolitus
Eruditus Peritus, Expertus
Guarus, literis sciens
Non ineleganter bonis literis initiatus
Non indoctus
Non alienus à literis

well Learned.

Vir singularis doctrinæ
Apprimè doctus
Insigniter doctus
Facile doctissimus
In admirationem doctus ac eloquens
Maxima doctrina præditus
Bene doctus, pro valdè doctus
Egregiè doctus
In primis literatus
Perquam literatus
Πολυγράμματος
Magnopere doctus
Musarum sacra colens, sequentans
Unicum Musarum deliciũ
Literarum decus, fons, ornamentum
Linguarũ antistes, columen
Vir multijugæ eruditionis
Fons totius eloquentiæ
Qui in veteribus scriptis studiosè & multum volutatus est
Spectatæ eruditionis vir
In eruditorum numero habitus
Vir exquisitissimæ doctrinæ
Qui ad fastigium tum doctrinæ, tum eloquentiæ pervenit
Heraclitus subtilioris doctrinæ arcanis initiatus, Soli.
Omnium disciplinarum scientia præditus
Parens eloquentiæ
Vir literatissimus, acerrimi fœliciss imique ingenii
Ad summum literarum fastigium provectus suopte ingenio
Peritissimus
Literarum amantissimus, & peritissimus
Linguarum præsidio ad artem instructus, armatus, fultúsque
Vir solidæ eruditionis

Exquisitè doctus
Miræ eruditionis
Impensè literatus
Delicium Latinæ linguæ, universi literati orbis
Insigniter literatus
Nihil in loquendo minus spirat, quàm nativum illum & incorruptum Romani sermonis odorem
Unicus Phœnix sui ævi
Summam doctrinæ laudem consecutus
Nostræ ætatis Varro
Variis expolitus disciplinis
Haud quaquam indoctus
Literis multis præditus
Literarum antistes
Qui multiplici variaque scientia est
Φιλολόγος, πλουσίως
Eruditione ubertim excellens
Non vulgariter eruditus
Plurimæ, multæ, ac propè infinitæ lectionis
Summa eruditione præstans
Multiformi eruditionis supellectile instructus
Ingenuarum artium callentissimus
Eruditionem habens non sanè vulgarem
Omnibus disciplinarum ornamentis cumulatus
In nullo doctrinæ genere non exercitatus
Vir & admirabili, & divino ingenio ac doctrina singulari
Rara doctrina
Princeps in re literaria, vir eximia præditus eruditione
Multijuga literarum cognitione præcellens
Quo, post Ciceronem & Fabium, doctiorem nulla ætas habuit
Vir omni eruditione major, qui inclinatam eloquentiam primus in integrum restituere sit adortus
Græce & Latine modis omnibus eruditissimus
Romani sermonis nativam & genuinam quandam proprietatem spirans, Omnigena eruditione clarus, conspicuus
Literarum omnium princeps Eras.
Politioris literaturæ Phœnix incomparabilis, & unicum Germaniæ inferioris decus, Eras.
Erasmus nostræ ætatis omnium doctissimus, celeberrimus, ac præclarissimus literatioris orbis præses
Trium linguarum, Græcè, Latinè, & Hebraicè penè ex æquo peritus, adhæc in nullo doctrinæ genere non ita versatus, ut cum primis certare possit, Eras.
Trium linguarum, non vulgariter peritus
Triplici natura instructus
Complurium linguarum egregie peritus
Humanis literis ac mansuetioribus Musis initiatus
Humanarum literarum peritissimus
Ingenio ac eruditione præstans
Extra invidiæ aleam doctus
In literatorum consessu, primum tenens locum
Habens eruditionis penu multifariàm cumulatum
Doctoris titulo insignitus
Summa cum laude doctoratus titulum consequutus
Primi nominis doctor
Cujus gressus Charites sorores Pegasidesq; omnes comitantur euntis, ut est apud Poëtam
Bonarum literarum cultor studiosus
Vir doctorum omnium calculis incomparabilis
Encyclopædiam quasi absolvit
Absoluto disciplinarum orbe omnibus mirandus, osculandus
In cyclicis disciplinis exercitatus
Qui in omni parte orbicularis disciplinæ certaverit
Cyclopædiam callens
Cyclicè doctus
Noctes & dies in omnium doctrinarum meditatione versans
¶ Eximii in omni doctrinæ genere proceres
Literatiæ rei proceres
Encyclopædia, ἐγκυκλοπαιδεία est omnium bonarum artium societas cognitioque, ut ait Cicero, in omnium artiũ & disciplinarum perfecta scientia.

a Learned Physitian.

Medicus bene doctus, eruditus, instructus medica scientia, medendi arte, medicis literis
Sciens imprimis est, peritus, intelligens, gnarus medicinæ
Novit penitus medicinam, tenet, possidet, callet
Medicinæ scientia valet, floret, præstat, excellit
Medicinæ doctrina scientia, peritia, cognitione, intelligentia, eruditione cum paucis conferendus est, interior nemini
Medicinæ scientiam planè complexus est, mente atque animo comprehendit ingenio sibi apetuit, comparavit, peperit.

to advance, to set forth Learning.

De lingua Latinâ bene meriri

Con-

Consulere studiis communibus & bonæ spei ingenia benignè provehere
E mediis ignorantiæ tenebris ingenuas artes atque adeo sacras literas vindicare
De publicis studiis optimè mereri
Æditione utilium scriptorum communia seu publica studia juvare, adjuvare
Aliis sedulò impertire doctrinam
Egregiam navare operam
Adjutare, adjuvare honestissima literarum studia
Libros qui à dura blattarum tinearumque servitute quam diutissime oppressi propemodum interierant, liberare, vindicare ab interitu
Divitem ingenii proventum in universum orbem effundere
Annis compluribus elaborata in communem omnium depromere utilitatem
Libris edendis, famam immortalem mereri, transmittere ad posteros
Eruditissimis lucubrationibus nunquam intermoriturum decus parare
Bonas literas longo veluti postliminio redeuntes, in suum quodammodo regnum dignitatemque, in priscum nitorem restituere, suo splendori reddere
Redimere studia literarum.

given to Learning, vide studious.

Learning is allwayes both pleasant and profitable.

Semper usui & delectationi tibi literæ erunt, fructum ac voluptatem tibi afferent in omni vita, nunquam non utile, nunquam inquam jucundæ non erunt
Te semper commodis, semper voluptate afficient, juvabunt pariter & oblectabunt in universo vitæ tuæ cursu. Vitæ tuæ par atque adeo longior literarum utilitas erit.

Learning is not esteemed as it ought to be, vide Arts.

I have no Leisure

Molestũ inconveniens mihi
Nunc non est commodum
In præsentia non vacat, non est otium
Est quod agam aliud
Est domi negotium melius
Non licet per negotia domestica.

Leisurely, by little and little.

Paulatim, Pauxillatim, apud Plaut. diminutiva sunt à paulum
Κατμικρὸν, Sensim
Ductim, Tractim, Pedepressim
Pedetentim, foot by foot.
Placidè, lentè, Leniter
Maturè, lentè, Composito gradu. Vide Slowly.

to Leave off, to Cease.

Desinere, Desistere
Omittere, Sistere ab incepto
Dimittere, Parcere. Subsistere. Vide to cease.

to Leave nothing, vide to take away.

to Leave, to forsake.

Deserere, Linquere, Relinquere
Derelinquere, Deserere, vide to leave in Danger.

Leave, or Licence.

Copia in singulari cum verbo facio constructum, quemadmodum commeatus
Data copia fandi
Venia, Potestas
Dare veniam ludendi
Facultas, quam licentiam indocti dicunt.

to give Leave or Licence.

Potestatem facere, præstare
Facultatem dare
Copiam facere, ut Gymnasiarcha facit scholasticis ludendi copiam à prandio.
Additur in constructione gerundium in di
Emanandi copiam à præceptoribus poscere, to ask Leave.
Tridui missionem dare
Dare remissionem studii vel à studiis ad duos, vel tres dies
Veniam dare, pro eodem apud doctos legi, licet alii refragentur
Venia enim est pœnæ meritæ remissio, ut inquit Seneca
Ἔξοδον Αὐτῷ Missionem impetrare, to get Leave.
Veniam exorare, impetrare
Cœrum, missum facere, est dimittere, to let go, to give Leave.

Teren

Trent. Me missum facere, Suetonius in Cæsare legionem totam cum ignominia missam fecit
Missionem dare militibus
Missionem petere, efflagitare
Eidem flagitare
Petere missionem

I pray you give me leave to speak with your patience and favour.

Sit dicto venia, πρὸς λόγου συγγνώμη
Pace omnium vestrum dictum esse velim, dixisse liceat
Dicere copia alicujus, id est, pace
Honos audientium auribus habeatur
Sit habitus honos vestris auribus
Bona cũ venia audire, Cic.
Sine cujusvis injuria dictum sit
Absit invidia verbis, verbo
Ἄνευ φθόνου, Dicere cum venia
Cum gloria tua, mi Philippe
Libet veniam præfari vel honorem
Data copia fandi, apud Virg
Pace tua, tua venia
Te non irascente, permittente
Simile quid præfamur, obscœni aliquid dicturi, aut cujuscunque authoritatem oppugnaturi
Per Præmunitionem, ut monet Erasmus in copia verborum

the Leaves of the tree.

Frondes, folia
Φύλλα, Petala
Crines poetice dicuntur, unde apud Mantuanum, Nudatur crinibus arbos

to level, vide wink.

to Levy a subsidy, vide to Selle.

Lecherous, Unchaste, or Lustfull.

Libidinosus, Venereus
Propensus in libidinem, Salax
Flagrans libidinibus in mulieres, Suet.
In veneris castris militans
Πυγαῖος λαγανόψης
Præter modum libidine pruriens
Ἀφροδισιαστικὸς μύης
Novas quotidiè nuptias celebrant
Mulierosus, Veneris miles
Solvitur in Venerem
Mollis, Mulierosissimus
Mus albus, μὺς λευκὸς
Homo libidinis immodicæ, insatiatæ, intempestivæ, monstruosæ
Galbinos habens mores, Mart.
Crebris, vagis amplexibus sponsis
Pronus in venerem
Proclivis in libidinem
Lydius in meridie
Caprarius in æstu
Maximo ardore in Venerem solvi vel ruere ferunt Hispanos Turcasq;
Et Graditana puella, apud Mart. pro libidinosa, procace, lasciva

to Lend.

Mutuari deponens & Mutuare activum, χρίζειν, mutuum dare
Præstare, Mutuo dare quum ejusdem precii re pensatur
Commodatum vel commodatò dare in tempus, quum eadem res redditur
Alicujus rei usum præstare, concedere in aliquot dies
Commodare. Vide ne, cum pueris, dicas accommodare, id enim est adaptare
Utendum dare, μισθοῦν
Mutuò amicis commodare

by Length of time, in continuance, or Processe of time.

Processu temporis, Decurrentibus annis, Progrediente ætate
Tempore, Paulatim
Lustris labentibus, apud Virg.

Length of time taketh away smart, vide Time.

Length of time taketh away Pain.

Dolorem minuit ac mollit dies, temporis longinquitas, vetustas
Sanantur vetustate vulnera, vis doloris cum tempore langvescit
Detrahit de dolore dies, atque adeo extinguit omnem planeque tollit
Quovis dolore affectis, quovis malo laborantibus medetur tempus, medicinam dies affert
Vetustas opem fert, opitulatur, subvenit, auxilio est subsidio est, finem doloris affert
Habet hoc tempus, ut quævis dolorem quamvis acriter in animo insi-

Gtum avellat atque abjiciat
Est hoc temporis, ut omnem malorum memoriam, omnem adversæ fortunæ recordationem ex animo deleat, auferat, eripiat, expellat, amoveat

at Length, vide Finally.

to Lessen, to asswage or mitigate pain, or diminish grief, or smart.

Dolorem sedare, elevare, mitigare, mollire, lenire, delinire, levare, demulcere, pellere, tollere
Fugare, sopire, discutere, minuere
Vim doloris mellea fallere confabulatione
Contrahere dolorem, cruciatum
Reddere moderationem
Dulcare, Edulcare
Lenire & adimere ægritudinem tempus dicitur
Dolor sese remittit

the Leprosie, vide in Lazer.

a Lessening of sorrow.

Luctus levatio, Levare se luctu, ægritudine sollicitudine, mœrore, cura
Sanare vulnus doloris

to Let bloud, to open a vein.

Detrahere sanguinem
Venæ sectionem adhibere
Secare, incidere venam, Cic.
Vacuare sanguinem per venam
Corpus sanguinis detractione vacuare
Tundere venam nocuo turgentem sanguine
Demittere, emittere, vel mittere sanguinem, Corn. Cel. ex brachio mitti sanguis debet
Exonerare venas sanguine
Venam cultello, scalpello solvere, aperire
Curare venam incidendam
Corpus sanguinis exuberantia levare sectione, incisione venæ
Non est Latinis vox unica quæ Græca ἀφαίμαξις, respondeat, quapropter periphrasi utendum.

to let go or passe, vide to grant.

to Let, to hinder, to stay, to withstand, or be against.

Obsistere, Resistere, Cic.
Senatus una voce ac mente rejectat
Inhibere, Obstare
Contrahere, Detinere
Officere causæ, apud Cic.
Vigere, Occupare
Offerre moram occupato, Plaut.
Obstrigillare, porcere, apud Lucil.
Remoram facere rei privatæ & publicæ, Plaut.
Obstaculum moliri
Interdicere pro obesse, cum dativo, Cicero
Cui nemo interdicere possit
Eripere bene gerendæ rei facultatem
Rei potiundæ spem præcidere, Budæ.
Impedire, Obstaculo esse
Indiversa trahere, rapere
Retrahere, ἀνθέλκειν
Tergiversari, Reclamare
Transversum agere
Adversari, Reniti
Repugnare, Refragari
Contradicere, Contra niti
Contra venire, ἀντιφέρεσθαι
Remorari, Demorari
Intercipere, Tenere
Opponere, Reluctari
Intercedere, apud Titum Livium, pro impedire, prohibere, gressus alicujus obstare, obesse cuiquam
Conari, Pugnare, machinari
Impedimento esse, distinere
Conatus alicujus evertere
Claudere commodum, ferent.
Remora, Impedimentum, obstaculum, remoliri, apud Plaut. Retardatio
Offendiculum pro impedimento, vide to hinder

to Let one from having his lust.

to Lett ones study.

Let me go.

Sine abire, Sine ut abeam
Mitte me, Omitte me

Let it be so, vide So be it.

Letters missive, Epistles.

Literæ, Literulæ
Litera in singulari numero apud Ovid. Libelli
Tabulæ, Codicilli, Scripta
Epistola, Epistolium
ἐπιστολὴ, γράμματίδιον

to seal, and open Letters vide to seal and open

Letters welcome

Literæ tuæ mihi gratæ, perjucundæ fuerunt

Sum-

Summam mihi jucunditatẽ attulerunt pepererunt
Magna me lætitia affecerunt, perfunderunt
Omnis amor tuus ex omnibus se partibus ostendit in tuis literis
Quas ad me literas mittis multo sunt officio referte, multis insignis amoris notis

Printing Letters.

Typi ænei, stannei, τύποι
Formulæ, Characteres
Notæ fusæ, sculptæ
Typorum collector, ordinator, compositor, ſt Compositor

Liberall, Bountifull.

Liberalis, Munificus
Dapsilis, Benignus
Beneficus, δαψιλὴς
Prolixus, apud Ciceronem
Ipso horreo vel canistro dans
Promus magis quam condus
Profusus, Largus
Citò dans & dolio hauriens
Ambabus manibus largiens
Hospitalis, Cic. Offic 2.

Liberality.

Largitas, Liberalitas
Munificentia, δαψιλεία
Beneficentia, εὐλογία
Bonitas & benignitas, pro eodem, apud Cic. Offic. 2.
Hospitalitas pro liberalitate & animi quadam propensione in hospitibus recipiendis, apud Ciceronem Offic. 3.

Liberally, largely. Bountifully.

Munificè, liberaliter
Munificentissimè
Dapsilè, δαψιλῶς
Largè, Largitèr
Profusè, Affatim
Abunde, Ubertim
Abundanter, Copiosè
In copia, plena manu (ter
Ambabus manibus, Amplè
Benignè, Prolixè, utrumq; apud Ciceronem
Ἐκτικῶς φιλοτίμως
Sine parsimonia
Prodigè, Perbenignè
Ipso horreo, proverb.

to set at Liberty.

Asserere, vindicare in libertatem
Ἀπολύειν εἰς ἐλευθερίαν
Manumittere, & mittere manu
Libertate donare
Emittere manu
Pileo donare, Liberare
Eruere, Educere
Eripere, to Redeem
Ἐλευθεροῦν, exerere vincula
Liberum facere
Solvere ergastulo (lis
Eximere à servitute, vinculis
Levare vincula alicui, vel aliquem vinculis eximere
Conciliare in libertatem
Relevare cervices à cervitute dura
Recipere, apud Virgilium
Solvere, exsolvere vinculis
Emittere è carcere, ex vinculis, de carcere
Laqueis mortis caput, manus vinculis expedire
Dare vindicias
Sub trahere neci, Vide Free

I have care of the liberty of the Commonwealth

Nihil aliud à communi libertate, nihil præter communem libertatem quæsivi, curavi, spectavi, secutus sum
Ad unam civium libertatem meas curas intendi, cogitationes retuli, studia contuli
Nihil antiquius communi salute judicavi
Salutem publicam ac libertatem omnibus rebus antepositi, prætuli

to give much liberty, vide to permit too much.

a Library, a Study full of Bookes.

Bibliotheca, βιβλιοθήκη
Arcivum vel archivum, ut aliqui scribunt
Utitur hac dictione D. Hie. in præfatione, lib. Esther
Tabernaria libraria
Amalthæum, apud Cic. ad Attic. ἀμαλθεῖον
Armarium quoque locus in quo libri recondunturr
Foruli apud Suet. & Plutei, apud Juvenalem sunt armariola, capsulæ in quibus libri reponuntur, vulgo nominat quæ rectius, cum Vive, loculamenta vocaverimus
Libraria in hac significatione rarò apud Classicos invenitur. Librarius enim βιβλιοπώλης denotata, qui libros & alia scribit. Hunc Latini scribam vocirant. Cicero usurpavit Tabellarium in neutro genere

Licence, vide leave.

to Lick.

Lingere, Delingere
Elingere, Lambere

to Lie, or make a lie.

Dicere falsum, mentiri
Subdola promere, fundere mendacia
Turpe mendacium dicere

proferre, ψεύδεσθαι
Adumbratæ pietatis fuco mendacia deferre, to bring forth Lies
Effutire, pro dicere cum mendacio apud Cic in Tusc.
Aspergere mendaciunculis aliquid
Cretizare κρητίζειν, Græci pro mentiri dicunt à gentis moribus
Conflare mendacium, fingere ex se velut araneus
Splendide mentiri
Ampliter mentiri, Plaut.
Sycophantias
Comminisci mendacium

to forge a Lie

Mendacium conflare, aspergere, excogitare
Addere culpæ mendacia
Mendacio fucum addere
Mendacia fingere
Rem efficiis mendaciis omnibus lenociniis perpolite concinnare
Vanas pro feris fundere voces

an open Lie.

Mendacium speciosum
Prodigiosum, audax, Impudens, callidum mendacium, a bold lie
Manifesta vanitatis

a Liar.

Mendax, vanus, falsiloquus
Falsidicus, Vaniloquus, Nugax
Mendaciloquus, Nugator
Nugigerulus, ματαιολογος
Nugivendulus, Cretensis, ψευδηγορος
Vir ioligoi vanitate
Halophantia vanissimus

Lies, Dregs

Fœx τρύξ, Excrementum
Sedimentum ὑποστάθμη
Seda apud Plin. Proluvies ὑποχώρησις
Crassamentum, Flores vini
Amurca, olea tantum est
Magna unguentorum est fœx

to Lie down, or in the bed.

Jaceo, es, ere. Recumbere sponda
Accumbere toris
Offenso procumbere pede
Fusus per herbam
Revolutus arena
Passim vino somnoque per herbam corpora jacent sepulta
Strato discumbere super ostro
In gramine ponere corpus

to Lift up.

Levare, Sublevare
Tollere, Elevare
Membra de dura tollere humo
Gelida membra levare humo
Stratis corripere corpus
Solio se tollit abalto

as much as lieth in me, vide Power.

Lightly, remissly, without care

Leviter, in transcursu
Levi brachio, Sparsim
In superficie, perfunctorie
Ἐπιπολῆς, quod vulgus ineptiens dicit superficialiter
Tenuiter, Cursim
Molli brachio, suspensa manu
Parum attentè, considerate, accuratè, transeunter. In transitu
Quasi in transcursu leviter attingendo
Levi brachio rem peragere percurrere

Lightly, without labour.

Facilitèr, ex facili
Citra labotem, negotium, molestiam
Parvo negotio
Ἄκοπα, ἀκόπως
Sine opera, Sine labore
Nullo negotio
Citra pulveris tactum, vel jactum proverbium
Absque difficultate, Fermè
Nulla adhibita diligentia
Citra sudorem, operam
Nullo sudore. Ne genu quidem flexo
Citra pulverem, proverb.
Nullis laboribus, Perfacilè
Facilè, Facillimè
Uno digitulo, apud D. Hieron

not Lightly, or easily, hardly, painfully.

Difficilè, Difficulter
Haud facilè, haud fermè Terent.
Fidelem haud fermè mulieri invenias virum. Non facilè, Graviter
Χαλεπῶς

a Lightning, or flashing out of the clouds.

Fulgur & fulmen, licet alii distingunt. Aëris ardor
Arma Jovis
Fulguratio, Fulgor
Fulgetrum, Fulgetra
Ἀστραπή, Coruscatio
Fulminare, fulgurare, fulgere
Ignes in æthere fulgent
Fulmen jacere, fulgetra concitare, tonitru movere
Crebris micat ignibus æther
Ignes Capitolinis injice sedibus
De cœlo tangere vel percu-

percutere
Hinc tonat, hinc missis abrumpitur ignibus æther
Flagranti telo dejicere
Fulmina moliri dextra
Mittere fulmina ævo polo
Fulmine adigere ad umbras
Fulmina torquet astripotens
Fulmine dejecti fundo volvuntur in imo
Fulminatum, fulguratum; tactum, ictum de cœlo, διοβλήτον

Light, vain.

Vanus, inanis, levis, iners; socors, demens : Vento levior, inanior

like as, vide as

Like as it were, as great as, equivalent.

Instar, significat ad similitudinem, ad æquiparationem & ad mensuram
Ad instar, apud Hieron. & Solin.
Δίκλω
In modum, Ad modum
In similitudinem
Ad similitudinem

to Liken, to compare.

Comparare, Conferre
Ἐξισοῦν, Assimilare
Adæquare grandia parvis
Coæquare, æquiparare
Æquare, ἰσόειν

to be like, to resemble in form or fashion.

Referre mores patris, & patrem moribus
Referre vitâ patrem, & vitam patris Plin.
Moribus exprimere
Repræsentare, præ se ferre
Reddere, Terent. Similare
Similem esse, Effingere
Imitari moribus, corporis lineamentis patrem
Et proverbio dicitur, patris esse filium, qui mores imitatur patris
Accedere ad paternos mores
Ferre alicujus imaginem pro repræsentare
Περφαίνειν
Similitudinem morum referre
Παρεμφαίνειν
Construuntur cum accusativo personæ, præter
Similem esse
Ingenium patris referre
Paterni, avitique ingenii speciem præ se ferre
Similis quando ad morum vel doctrinæ imitationem refertur cum genitivo construitur: quando vero corporis lineamenta, cum dativo, ut tradunt Grammatici confunditur cum differentia

in Likeness of a man, vide pretence.

it Liketh me well, vide it pleaseth me well.

if I were like to you.

Si essem æque ac tu, pariter ac tu, non secus, non aliter ac tu, ita ut tu, uti ut tu, quemadmodum tu, sicuti tu

Likely, reasonably

Rationi consentaneum est cum ratione consentit, simile veri, credibile, non alienum à ratione, cum ratione congruens
Ratio postulat ut credatur
Est cur credatur, verum putetur
Visum, similitudinem, speciem, formam, imaginem præ se fert, ostendit, non discrepat, non dissentit, non procul abest à ratione

a Likeness, a comparison.

Comparatio, Collatio
Assimilatio, Similitudo
Parabola, Paræmia
Ὁμοίωσις

Likewise, equally, even, all alike.

Æque, ἴσως
Æqualiter, Uno tenore
Æqua parte, conditione
Æquabiliter, Similiter

to do, to render like for like vide to recompense.

a Linage, vide Stock

a line, a rule, a row, a stroke

Regula, Norma
Limen, γράμμα
Amussis & perpendiculum Cæmentariorum sunt

to linger, to stay, to delay, to defer, to put or drive off

Morari, remorari, μέλλειν
Demorari, Cunctari
Quærere moras
Moram trahere, ducere, Moliri
Περιπατεῖν
Iter retardare
Moram facere, Restitare
Moras nectere
Gradum continere
Sistere, Comprimere
Pausam facere, Plaut.
Rumpere, Continere, Iter
Pendere apud Virg. med. prod

a Lingring, vide prolongation.

it must be done to the
utt Lingring

Non cunctandum, non differendum est
Producenda, Proferenda proroganda, protrahenda, longiùs ducenda res non est
Sine mora, sine cunctatione, si ne ullo temporis intervallo, aggredendas res est tentanda, incipienda, facienda mora non est, interponenda nulla est, omnis est abjicienda mora: immorari, cunctari, lentè agere, indormire, non oportet

Lingring, vide slothfull.

Little, few.

Modicum, ὀλίγον
Parum, Paulum
Paululum, Nonnihil, Ὀλίγα, παῦρα
Pauxillum, Pauxillulum
Dicitur etiam aliquantum & aliquantulum pro paululum

by little and little, vide leasurely.

a Litter, a Waggon, or Coach.

Vectabulum, καθέδρα
Gestatorium, Sella curulis
Currus clausus, Segni genus
Arcera, vel ut alii scribunt, Azerna, apud Gel. Basterna
Pilentum apud Varr.
Lectica pro eodem, διφρος
Hexaphoron, Græcis quod à sex servis portaretur, ἑξάφορον
Octophoron, quod ab octo
Currus regius seu lectica
Pampeilum, Ferculum
Vehiculo camerata pensile
Cameroton, Græci vocant
Lecticarii qui portant, ferunt lecticam, cellas curules, διφορεῖς
Cella curuli vehi, subvehi
Lectica gestari, ἁρμαμαξεύεσθαι to be carried in a litter or waggon.

to live, to have life
to be alive.

Vitam ducere, ζῆν ζωὴν
Producere, καὶ ζῆν, Vivere
Diem, lumen videre
Fungi munere vitæ
Animam ducere, seu spiritum, Cic.
Annos, ævum, sæcula, exigere, agitare
Esse, Vesci aura, βιοῦσθαι
Carpere vitales auras
In vivis agere
Dant vivere fata
Temporaria frui vita
Lucem aspicere pro vita frui
Esse in rerum natura, in vita
Spirare, βιοτεύειν
Superesse, Superare
Nec adhuc crudelibus ûbris occubare, vitam exigere
Cœli convexa tueri, Virg.
Vitam traducere, transigere trahere
Fungi vita, vitam agere
Vitam degere, ζωὴν διάγειν
Ævum agitare, transigere,
Vitam, ævum traducere
Τὸν βίον διαγωγεῖν
Exercere vitam, colere
Ætatem degere, exigere
Spiritum ducere
Esse inter mortales (ri
Inter superstites annumerari
Esse inter vivos & in vivis
Esse in humanis
In humanis agere
Viri potiri
Vincere sua fata vivendo
Auras protrahere, pendere vitales, poeticum

Lucis usura perfrui
Lucis dare usuram piratis diuturnam

to live daintily, and nicely, to spend his time in great voluptuousnesse, riot or pleasures.

Deliciari, θρύπτεσθαι
Resupinari, Vivere Epicurè
Luxuria, deliciis, ac mollitie diffluere
Melle seipsum perungere
Mellitam planè vitam exigere, Erasmus (ctari
Molli victu superare senectam
Genio carpere dulcia, Pers.
Extremam decerpere voluptatem
Terrenis teneri cupiditatibus
Deliciis affluere
Libidinari, Suet.
Inter opes vitam socius agebat
Delicatè ac molliter vivere, Cic.
Agere perjucundè
Indulgere cupiditati
Gulæ, ventri obsequi
Ardenti libidini laxare fræna
Omni genere voluptatum, deliciarum affatim se explere
Dare se voluptatibus
Totum se dedere libidinibus, Cic.
Mundanis se contaminare sordibus
In medias se delicias conjicere
Voluptuariam agere vitam
Carnis obsequi cupiditatibus
Pravis animi obtemperare cupiditatibus, Luxui servire
Τοῖς ἡδοναῖς δουλεύειν
Sectari mortiferas sæculi illece-

illecebras (Cic.
Architectari voluptates
Carnis desideria amplecti
Humi volutari, Serpere humi
In terrena animo rapi
Ea quæ mundi sunt animo tantum agitare, volutare
Omnem fœlicitatem in rebus præsentibus constituere, futuræque beatitudinis nullo tangi ardore
Duci ventre, Horat.
Cogitatione circa mundana versari
Rebus frui dulcibus
Voluptatibus indulgere, frui
Animum in transitoriis, lubentibus multis voluptatibus demulgere
Intellectum circa terrena exercere

to Live long.

Cervi vivere per annos
In annos centum ævum trahere
Nestoris aſtricolæ cui ducunt fila ſorores, vide old.

of a long Life.

Vivax, Longæ vitæ
Tithonus, Neſtor
Neſtoreus, Longævus
Macrobius μακρόβιος, vi. old.

to Live not long.

Brevem vitam colere
De vita decedere brevi ævo Sol.
Ultra quinquennium ævum non trahere
Ultra octavum annum vivendi ſpacium non protrahere

ſo long as I live, vide while I live.

to live quietly.

In ſecuritate agere
Securum eſſe
Ἀφροντιστεῖν
Tranquille agere, degere
Securam agere vitam
In ſummo ocio vitam tranſigere
Tranquillam vitam vivere, agere
Domi ſedere, inque aurem utram libet cubare
A tumultu ſeculi & blandientis mundi diſtrepitu ſeo ſum degere
Vitam agere certam & tranquillitate fœlicem
Sibi ipſi vivere
Curriculum vivendi à natura datum confecere recte & honeſte to paſſe he t me honeſtly
Suavem vitam agere
Trahere vitam tranquillam Cic.
Acquieſcere cum quadam animi voluptate quieteque conſiſtere, à Cic. ponitur
Molliter ſuaviterque vitam agere
Quod datum eſt vitæ tranquillè placideque ducere Cic.
Halcionis agere dies
Ἀλκυονίδας ἡμέρας ἄγειν
Per ocium & quietem vitam traducere
Deſtinato reliquo vitæ tempore reſpirandi ſeriis, Muſas tranquillo inviſere animo
In literario delitescere ocio
Tutum ocium domi exigere
Ocioſe ungari in literis
Gratiſſimo inter literas ocio ac negotiorum bene à ſe geſtorum recordatione perfrui, Eraſ.
Ocium oblectare ſuum
Suaviter vivere
Ocio vitæque molliori, indulgere
Placatam, mollem feriatamque agere vitam
Tacitos ſinere ire dies, & paupere cultu, Exigere innocuæ tranquilla ſilentia vitæ, apud Polit.
Μετὰ τοῦ Θεοῦ, vitam vivere
Vitam ſancte & inculpate degere, to live godly, and honeſtly.
Thybra victitare
Vitam ſine cura rerum temporalium degere
Non macerare ſe craſtina cura ciborum
Nil recondere in craſtinum
In diem vel ex tempore vivere
Omnem craſtini ſollicitudinem abjicere, to live without care

to live ungodly, wickedly.

Peccatorum mole obrui
In eodem hærere luto peccatorum
Servire peccato, iniquitati, frequens in ſacris literis
Contaminatiſſimam agere vitam, Sordere
Inſordeſcere
Vitioſe, ſordide vitam vivere, apud Chryſoſtomum.
Fœdam, diſſolutam, perditam vitam vivere
Vitiorum ſordibus ſe inquinare, apud eundem
Perdite, flagitioſiſſime vivere, an evill Life.

to Live unchaſtely in ſenſuall Luſts.

Corpus libidinibus proſtituere
Jacere in voluptatum carnalium turpitudine ac putredine
Turpiter & effœminate vivere
Luxuriæ & Libidini vacare
Voluteri, inſtar porcorũ in cœno libidinum, ſe verſari

Secundum vitam vivere
Βακχίζειν, Libidinari
Servire ventri, Veneri, corporis voluptati, ac libidini
Carnis omnigenæ desideriis inservire
Diffluere luxuria, lascivia Terent.
Inter scorta ad multam plerumque noctem desidere
Capi illecebris rerum carnalium
Subigi, substerni mortiferis libidinum voluptatibus
Κατὰ τὰς ἡδονάς
Epicurum luxu vincere
Carois fœda sectari delectamenta
Secundum vitu promiscuè in concubitus ruere. Livius,

an inordinate life.

to live sumptuously.

Splendidè ampliterque vivere in uberrima rerum affluentia
Splendidè epulari, in Evang. Luc.
Δημοσίᾳ δαψιλεύεσθαι
Cœnare, prandere, in omni genere ciborum
Magnificè mensam instruere
Egregiè, splendidè cœnare, apud Juvenalem
Colere vitam vino & victu probo, Plaut.
Genialiter vivere
Delicatè opiparè, splendidéque vivere, cœnare
Sybaritizare συβαριζειν
Convivium agitare splendidum
Opiaris mensis frui
Musicè vivere μουσικῶς ζῆν ubi nihil deest, sed affluunt omnia
Exhilarari generalis ferculis mensæ
Magnificum ac egregium esse in edendo, in apparatu mensæ
In leporibus carnibus vivere, dicitur proverb. qui lautè & in deliciis vitam agunt
Convivium apparare, præparare opiparum, saliare
Magnificè lautum parare convivium.

at the lives beginning, swadling clouts, as soon as it is born, or brought into this world.

In vitæ exortu, In exordio vitæ
In ipsis vitæ primordiis
In vitæ foribus, in vitæ janua
In ipso quasi vitæ vestibulo
In ipso vitæ limine,

the liver.

Iecur, Iecinus, Iecusculum
Hepar, ἧπαρ

sick in the liver.

Iecorosus, Iecinorosus
Hepaticus, ἡπατικὸς

a lock, vide a barr.

a londe, vide a Burthen.

a lodge, a Cottage, a Cabin, or little house in the Country.

Mapale seu Magale stramineum, stramine tectum
Agrestis casa, Casula
Στέγη Stega apud Plautum.
Mapar Punica lingua, unde Magaria pluraliter, & non magalia dicendum, ut tradit Servius
Penates, Lar.
Tugurium, Tuguriolum
Ligellum apud Plaut. pro domicilio brevi ponitur & humili
Attegiæ pluraliter, ἀττεγίαι
Gurgustium & gurgustiolum diminutivum, εἰκιδάριον, apud Apuleium
Brevitatem gurgustioli nostri vespertinus peto
Tectum tenui cespite strait.

to lodge, to harbour, to entertain.

Excipere hospites, convivas prandio, cœna, convivio ampliter
Accipere liberaliter, benignè, amicè, benè, lautè, magnificè, nitide, honestè, prolixe, honorificè, hilari animo, splendidè
Tractare hospitem comiter, bene, commode
Indulgere hospitio
Pro egregia fortuna, magnificè, pro animi boni ate comiter recipere
Hospitari, Hospitio aliquem accipere, excipere
Tecto ac sedibus suis recipere, Cic.
Domo vel domum meam recipere
Hospitium dare, ξενοδοκεῖν
Splendide acceptus
Benigne comiterq; habitus, Eras.
Et proverbiali schemate
Penulam scindere est prolixius invitare.

to long for, vide Desire.

long ago.

Longe ante, Multò ante
Multis ante seculis
Apud majores nostros.

it was long before he came, vide came at length.

How long.

Quàm diu? Quanto tempore?
Quamdiu?
Quatenus temporis? Adv.
Quatenus hos exercebis mores?
Quamdudum? Plautus
Quamdudum à foro venisti comum?
Quousque? interrogativè sicut
Quousque temporis, Adverbium.

not very Long since, or ago.

Intervallo haud ita longo
Non ita diu
Haud ita pridem
Nunc nuper, Vide of Late.

to Look upon, to consider.

Aspicere, inspicere
Perlegere oculis
Pascere, oblectare oculos
Clara oculos satiare figura, Vide to See.

to Look about earnestly.

Intueri, Inspicere
Cernere, speculari
Spectare, Despectare
Oculos admovere
Passim oculos per cuncta ferre
Ferre oculos huc & illuo
Demittere oculos in omnes partes
Partes oculos versabat in omnes
Circumspicere, Insigere oculos
Intendere, ἐντείνειν
Conjicere oculos in aliquem
Perlegere oculis est visu perlustrare
Huc illuc volvere oculos
Ob oculos ponere
Lustrare, Torquere
Oculis lustrare
Intendere obtutus
Intentis cernere obtutibus
Circumspectare, περιβλέπειν
Circumagere oculos
Volvere lumina,
Regiones circumcirca prospicere, apud Cic.
Obire, Circuire provincias, regiones, terras
Oculum adjicere, injicere, apud Cic. pro eo quod vulgo dicitur
Oculum dirigere, & significat cupiditate rei vitam teneri.

to Look straight on the mark, vide to wink.

to Look stedfastly, or sharply.

Acutum intueri. Cernere acrum
Defixis hærere oculis, Pervidere
Διοφᾶν, Desertum obtueri
Ἔπαμον ἐμβλέπειν, Proverb
Fixis & attonitis intueri oculis
Figere obtutum aliquo
Fixos oculos tenere
Lumina defigere (re
Oculis & pectore toto hærere
Cuncta oculis lustrare.

to Look downward, to hold down his head.

Submittere, demittere caput
Deflectere in humum
Dejicere lumina & vultum
Demittere vultum, oculos
Deprimere, dejicere, submittere vultum
Obtutus humi deprimere
Συνδρομάζειν τὸ πρόσωπον
Oculos solo defigere
Ista solo fixos oculos aversa tenebat
Alicujus aspectu se subtrahere
Defigere inter am

to Look upward, or high.

Suspicere, respicere
Oculos, & caput erigere
Sursum aspicere, ἀναβλέπειν
In cœlum acies oculorum defixas habere
Oculos attollere
Oculos in cœlum tendere, sursum tollere ad sydera vultus
Recto aspicere sydera lumine
Tollere in sublime oculos
Erigere sursum lumina ad cœlum
Oculos sub astra tenebat.

to Look sowerly, waywardly obstinately, to frown, scowle.

Corrugare, contrahere, caperare frontem, obducere frontem
Obliqua aspicere facie
Distortum vultum sequitur distortio morum
Tragicum tueri
Lumina immota tenere
Τραγῳδικὸν βλέπειν
Titanicum, seu vultu Titanico obtueri
Τιτανῶδες βλέπειν
Tauricum tueri vel taurinè, id est, torvè
Mœsto vultu defigere lumina
Organum, synapi nasturtium tueri
Acribus intueri oculis
Torvos gerere vultus
Sicul sare, σικυλίζειν
Τορῶς βλέπειν
Matrem tueri, apud Aristo.
Ἀρβλέπειν
Vultum sumere Catonianum.

to Look to the Commonwealth.

Boni

Boni civis est, ad bonum civem pertinet, bonum civem decet suam voluntatem ad publicam causam aggregare, accommodare; adjungere, confidere, tum publica causa conjungere, in omni sua voluntate, quid rationes publicæ ferant, quid respub. postulet spectare, intueri, attendere
Nihil unquam vellet à publica re sejunctum, alienum, disjunctum, separatum, remotum
Quod reipub. rationibus non conducat, expediat, utile sit

To look to your business.

Toto animo de tuis commodis ornamentisque cogito
Tuam utilitatem assiduè specto
Heret in animo meo de tuis commodis assidua cogitatio
Tuæ mihi res, tuæ fortunæ curæ vehementer sunt
Tuæ rationes quid postulent, nunquam non attendo
Omnis mihi de te tuisque cogitatio est
Tuam utilitatem meæ spectant cogitationes
Meas curas ad tuum commodum contuli, animus meus in tuâ utilitate fixus & locatus est

To look up to heaven in adversity.

Hic est nostrum hominum, ita more comparatum est, ut in repentinis adversisque casibus, si quid & præter opinionem, & contra voluntatem accidit, cœlum tueantur, suspiciant, spectent
Ad cœlum aspiciunt, suspiciunt, spectant, oculos tollunt, intendunt

To Loose, vide to unbind.

A Lordship, Soveraignty, or Dominion.

Dominatus, Dominium
Omnipotentatus, Ditio
Res pro imperio ponitur
Principatus, Imperium
Κράτος, δυναστεία

To be a Lord, to rule, to command, to be chief, Soveraign or Governour, to be supream head or principal ruler.

Principatum, primas tenere
Ἐπικρατεῖν, Sub imperio habere
Imperare, Gubernare
Regere, κραταιεῖν
In pace placida regere populos
Sub ditione habere
Moderari & Moderare
Regnare, Dominari
Κυβερνᾶν, διοικεῖν
Imperium habere, tenere, administrare
Sceptra tenere
Σκῆπτρα διατηρεῖν, apud Hom.
Imperio præesse
Imperii clavum, rerum gubernacula, habenas tenere
Rerum potiri
Dominatum exercere
Imperium exercere, obtinere
Ἄρχειν, apud Plutarchum
Dominium, potestatem exercere
Jura dare Virg. Remo cum fratre Quirinus jura dabant
Habere dominationem, principatum
Sceptra gerere, ferre
Τὴν βασιλείαν διοικεῖν
Latè regnare
Summam Imperii tenere
Omni ex parte amplum habere imperium
Imperatorem agere
Premere ditione
Imperio potiri, premere
Principem agere
Rege Marcio res Romanas tenente, Soli.
Summam rerum moderari, pro arbitratu suo versare
Regni summas moderari habenas
Regni gubernacula gerere
Regnum adimere, capessere sceptra tradita

To become a Lord, or a Ruler.

Imperii habenas, Imperium, administrandi provinciam suscipere
In imperio succedere
Capere moderamen regni, Ovid.
Regnum amplecti
In regnum admittere, permittere, recipere, locare, deducere

To Lose, or Leese

Maximam accipere cladem
Incredibiles haurire calamitates, Cicero
Vulnus accipere
Vulnere percuti
Calamitate affligi, Cic.
Incommodum, damnum, detrimentum capere vel accipere

De-

Detrimentum, jacturam pati, incurrere
Facere vel accipere calamitatem, damnum
Ferre infortunium
Naufragium facere

Losse or Damage.

Detrimentum, Diſpendium
Infortunium, πάθος, Injuria
Malum, Incommoditas
Incommodum
Nocumentum
Summum rei pecuniariæ diſpendium
Naufragium, Peſtis, Vulnus & Plaga metaphoricè
Incendium metaphoricè quam enim peſtem, calamitatem, exitiumque non adfert?
Intertrimentum Derogatio
Exitium, Pernicies
Erit damno, fraudi, malo, detrimento tibi. It will be to your hindrance.
Damnum, κάκον
Lapſio, jactura, caſus
Calamitas, proprie in re frumentaria, id eſt, damnum, quando à grandine calami comminuuntur & ſegetes
Noxa pro damno, ſeu nocumento, apud Ovid. & alios probatos invenie authores, a great losse and losse of goods

I lost all I had.

Naufragium feci rei familiaris, periit mea res domeſtica. Actum eſt de fortunis meis
Prorſus everſæ ſunt opes meæ
Perdidi omnia, evertit me bonis omnibus fortuna
Mearum opum nihil mihi reliquum fortuna fecit
Afflictæ ſunt, profligatæ, ac perditæ, extinctæ, everſæ meæ res ac fortunæ omnes

Lost Children, &c.

Perditis in adoleſcentia moribus multi ſunt, qui deinde meliorem adepti mentem, meliorem admentem, & ſententiam revocati, reſipiſcentes, honeſtius vitam inſtituunt
Honeſtioris vitæ initium ordiuntur, laudabiliorem vitam exordiuntur
Multi impuris moribus improbis, inhoneſtis, turpiſſimis
Inquinata adoleſcentia, contaminata, infecta, vivunt; multi turpiter in adoleſcentia, ſtudent vitiis, turpem vitam colunt in honeſtè vitam traducunt, pecudum more vitam tranſigunt, proclives ad vitia ſunt, turpi voluptate capiuntur, culpam facilè committunt

you Lost nothing, &c.

Integræ ſunt adhuc res tuæ
Salva ſunt hactenus apud te omnia
Nihil dum perdidiſti, ſtatus idem eſt quo ante fortunæ tuæ
Nihil detractum eſt de fortunis tuis, nullam res aut fortunæ tuæ jacturam fecere, nullum damnum tulere, nullum detrimentum paſſæ ſunt, nihil adverſi ſubierunt, nullam partem deſideras fortunarum tuarum
Nihil eripuit fortuna, abſtulit, ademit, detraxit

to cast Lots, to draw Lots.

Sortiri, jacere ſortem, Ducere
Sortes in urnam mittere, Sorti dari
Sortitio aliquid facere, auferre, capere
Κλαρωσία
Gratam habere ſortem
Sorte legere, Sorte eligere
Ducere ſortem, Sorti committere
Sors irrequicta, improviſa

to Loath, to abhorre a thing.

Nauſeare, ναυᾶν
Et nauſeari, D. ponentaliter
Nauſeam habere, ſapere
Faſtidire
Βδελύσσεσθαι, Vomitu infeſtari
Nauſeam inducere, movere, to make to loath
Excutere vomitum
Faſtidium parere, Generare nauſeam
Præ nauſeâ & faſtidio vomitu io, faſtidio affici
Tædium habere, cum nauſea audire
Nauſeam ſtomacho excitare
Pulvim petere porrectam
Contrarium
Nauſeam amoliri
Faſtidium alicujus rei eximere, allevare
Diſcutitur nauſea

Love

Love.

Amor, Charitas
Benevolentia, Necessitudo
Ignis metaph.
Observantia, Favor
Studium in aliquem pium.

A true Love, or Friendship.

Necessitudinis vinculum
Amicitia haud vulgaris
Nullo tempore dirimenda
Non intermoritura
Nequaquam solubilis
Necessitudo intima, Artissima
Indissolubilis, Incredibilis familiaritas. Amor glutine compactus amicitiæ.
Necessitudo, sed necessitas ad amicitiam non refertur
Amicitia, Adamantinis vinculis astricta

to Love tenderly, or most heartily.

In bonum & in malum
Ardere, absolutè, Virg.
Ardere, flagrare amore, cupidine
Intimis ardere medullis aliquem
Sævo teneri furore, peruri igne
Sentire ferventes intima ad ossa faces
Flamma uri intimo pectore
Toto concipere pectore flammam
Imis exardere medullis
Flore sub primo imporenti amoris æstu perdi
Ardere aliqua re vel in aliqua re
Deamare, Adamare
Vnicè diligere, φιλεῖν
Effusissimè amare
Amare, ἐρᾶν
Amorem fovere
Mirificè amare ac suos occellos
Maximè, admodum, nimio plus, plurimum amare
Diligere ut parentem, loco fratris, vice fratris
Oculis terre vel in oculis ferre
Vehementer, singulariter, cupidè, arctè, ex animo amare
Amare ut cum maximè, apud Terent.
In sinu gerere
Devinctum aliquem habere
Præcipuo ac singulari quodam favore prosequi
Animo secum conferre amicos
Miserè, valdè, multum, tenerè, ardentissimè, perdite, impatienter amare, insano perdi igne
Miro amplecti amore
Admiranda charitate prosequi
In deliciis habere
Perire mulierem
Conjunctè, conjunctiùs, conjunctissimè amare
Uri alicujus concupiscentia
Deperire, apud Terent.
Ἐκτετηκέναι
Amare corde atque animo, Plaut.
Amore flagrare incredibili
Ἐμμανέστατα ἔχειν
Amore deperire, vel perire
Ardere perditè in puellam
Effictim amare, perire, deperire
Tacitos nutrire ignes, Poëticum, ut Cæcos alere ignes
Insanire, Mantua. in Bucol. Hoc commune malum, semel insaniv[imus] omnes; ægri amoris vulnerari jaculo
Quisquis amat, uritur ig[ne] gravi

to Love, to Embrace, to Favour, to bear good will towards one.

Amplecti, Amplexari, brachiis
Exosculari, περιπλέκεσθαι
Colere, apud Cic.
Amplexus dare
Duci amore rei
Ire in complexus
Amore complecti
Optatos dedit amplexus placidosque petivit
Dare brachia collo
Amplexu frui alicujus
Respicere, figere, ferre amplexus
Innectere, captare, tenere, tangere
Adducere colla lacertis, amplexu cingere
Observare, Diligere
Hærere apud aliquem
Amore benevolentia singulari prosequi
Charum seu charissimum habere
Amore devinctum esse
Singulari benevolentia alicui conjungi
Excitare mirabiles amores

to provoke to Love.

Cic. Quam illa ardentes amores excitaret sui, si videretur!

a self-Lover.

Nimium sibi ipsi tribuens, arrogans, assumens, placens, assentiens; pse tibi assentaris, te pse[um] amas cum de te judi[cas]

judicas; non rationem, non veritatem consulis
Largiris ipse tibi plus quam veritati.

your most Loving friend.

Deditissimus
Amantissimus
Studiosissimus
Observantissimus
Cupientissimus
} tui, apud Eras.

Low, base, or humble.

Humile, Parvum
Declive, Pressum
Bassum vulgus dicit ineptè
Submissum, Depressum.

to bring Low. vide to diminish.

Lowlinesse, vide humility.

a Lowse.

Vermiculus, seu vermis corporis, capitis. Pes apud Plaut. Pedesque pulicesque A quo diminutivum, pediculus, à multitudine pedum quos octenos habet, ut scribit Plin. Græcis φθείρ

Lowse, or full of Lice.

Pediculosus, &, ut est apud Plaut.
Pedicosus pro eodem
Vermibus scatens & plenus
Phthiriasi, i. morbo pediculari laborans
Φθειροκομιδης, Scatens pediculis
Φθειριάζων Verminosus

Lucky, happy, or Fortunate.

Fœlix, Faustus
Cui ad voluntatem omnia fluunt
Ἀτυχὴς, Fortunatus, secundus
Prosper, Beatus, Dexter
Albæ gallinæ filius, Auspicatus
Fortunæ filius, Lætus
Timotheus, Polycrates
Cui omnia secundo æstu procedunt
Propitio genio natus
Gygis annulus, proverb.

to be Lucky, or happy.

Fortunam habere faventem, arridentem
Qui fœlici utitur auspicio
Uti prospera fortunæ aura,
In cœlo esse
Habent ventos mea vela secundos
Indulgentem sibi atque obsecundantem habere fortunam
Genesim habere fortunatam
Placato possum non miser esse Deo.

good Luck.

Omen prosperum
Bonis avibus facere, fœlicibus auspiciis
Fato prosperiore, rumore secundo
Vosmet rebus servate secundis
Rite secundarent visus omenque levarent.

to have ill Luck, vide ill Luck.

Luckily, Prosperously, Fortunately.

Fœliciter, Ἀτυχῶς
Fortunatim, & fortunatè
Prosperè, Faustè, Læto omine
Prospero fortunæ flatu
Aura obsecundante
Velis fortunæ expansis
Blandiente, aspirante Favonio
Forte Fortuna
Favonio Fortunæ dulciter afflante
Prospero cursu, Ominatè
Bonis avibus, Secundo flatu
Secundis ventis, ἐξηνέμοις
Secundis, prosperis, lætis, fœlicibus optimis, commodis successibus, vel eventibus
Deo secundo, Diis auspicibus
Prospero omine, Bono pede
Dextro alite. Bono auspicio
Secundo auspicio
Ex animi sententia
Auspicatè, aut auspicatò
Fortunante deo, faventibus diis
Fausto sydere
Adsit modo dexter Apollo, Virg.
Bonis auguriis, auspiciis
Dextro Hercule
Genio ridenti, beatiore, propitio
Fœlici Mercurio
Cujus votis indulgentissimam se præbet Fortuna.

thou Lurkest at home.

Nunquam exis, nunquam egrederis cubiculo, pedem è limine nunquam effers
Extra cubiculum nemo unquam te videt
Perpetua tibi sedes cubiculum est, nunquam evolas è tuo illo nido.

Lust, vide Desire.

given to Luſt.

Voluptatibus deditus, addictus
Voluptatis mancipium
Diſſolutus, intemperans
Animo ſuo intemperanter obſequens, Libidinarius
Summam fœlicitatem ex crapula metiens. Genialis
Mollis, Ventri ſerviens
Φιλήδονος, μαμμαλυχώδης Eroc
Voluptuoſus homo, ſeu voluptuarius
Ἡδυλυμένος
Voluptariam agens vitam
Luxurioſus, Effeminatus
Apitius, Æſopus
Epicuri de grege porcus
Carnis amans, & vivens ut porcus
Vacans voluptatibus
Deliciis affluens, Genio indulgens
Gulæ ſeu ventri deditus
Epicureus, Epicuream victum, Apitionis vitam vivens
Balatro, apud Horat.
Turpibus addictus voluptatibus
Samothum lauta proverb. & porcus Trojanus Carni petulantia effervescens, vide lecherous.
Immoderata venere & alia vitæ intemperantia effœtus
Turpe convivium, amor, commeſſatio, libido, ſumptus, Cic.

to repress his Luſts, vide Repress.

a Lute.

Barbitus, vel um
Teſtudo, χέλυς
Chelis, a Luter, vide Harp.

Luxurious.

Luxurioſus, Libidinoſus
Proclivis, Veneri plus æquo indulgens
Propensus in libidinem
Mulierosus, vide Lecherous.

M

Mad, furious, wood, frantick, out of his wits

INſanus, Furioſus
Παραφρονικὸς, Lymphaticus
Παραλλαλος, Efferus
Furibundus, Lymphaticus
Furore correptus, raptus, percitus, accenſus
Ad agnatos & gentiles deducendus, Varro.
In furorem verſus
Delirus, apud Plaut.
Lethargicus, apud Augu.
Alter Oreſtes vel Ajax
Qui ſtrichnum bibit
Ex proverbiales ſententiæ
Naviget Anticyras purgantes pectora ſiccos.
Oeſtro percitus, Phanaticus
Ἐξεστάμενος, Mente captus
Phreneticus, φρενητικὸς
Abderiticam mentem habens
Minus habens mentis quam Dithyramborum Poetæ.
Embarus proverb.
Μαινὰς μανιώδης
Insanæ mentis, Inſenſatus
Veſanus, Vecors
Rabioſus, Exors
Expers mentis, Cerritus
Rabidus, Amens, demens
Rabie agitatus, ἐμμανὴς
Humanis ſenſibus orbus
Ad inſaniam, furorem, dementiam, amentiam redactus
Cæco amore raptus, furia ta mente ferebar
Emotæ mentis
Actus furore gravi, Furiimens, effera
Cui rotatur cerebrum
Haud ſanæ mentis, Delirus
Furiis exagitatus, ſapere deſiit
Et in bonum
Mente permotus, Furens
An mi ardore aliquo inflammatus atque cruciatus
Qui humano ſenſus amiſit, divinos autem aſſecutus eſt
Furore divino incitatus
Aſflatus
Mente incitatus

to be mad, furious, wood, or out of his wit.

Furere, ἐνθουσιάζειν
Furore agitari, deſævire
Diris agitari, Rabere
Ciere furias, Ovidius
Mente alienatam eſſe
Ἔξω τοῦ νοῦ
Mentis alienatione laborare
Ἐξοίστρειν, Inſanire
Ἐμβροντᾶν, Ira exagitari
Graſſari, Bacchari
Βακχᾶν, Debacchari
Fœnum habere in cornu
Atra bile exagitari
In rabiem efferari
Immodeſte agere
Ἐμβακχᾶσθαι, Furiis agi
Κορυζᾶν
Furentium more caput quaſſare
Μαινεσθαι, ἐμμανὴς εἶναι
Iratum nis intemperiæ agi
Et, fluente mente huc illuc que curſitare
Furiis, intemperiis ferri,
Heu furiis accenſa feror Virg.
Delirare, per metaph.

madneſs, woodneſs, fury, or trouble of mind

furor

Error fanaticus, Furor
ſra Dianæ, Delirium
Mania, Phreneſis
Æſera vis animi
Paraphroſyna. Mentem inſania mutat
Veſania, Dementia
Vecordia, Amentia
Alienatio mentis
Rabies quæ propriè canum eſt

to Make furious.

In furorem & mentis alienationem agere
Adigere ad inſaniam, Ter.
Mente evomere, alienare
Impelli, accendi furiis
Furere facio, ἐξίστημι
Dira ſubit rabies
Ex ſtulto inſanum facere
De mentis loco movere
Sævis agitatus furiis
Mentis furoribus quatere
Exagitare, Furiare
Stimulatus furenti rabie animus
Corda tument rabie fera
Comes eſt inſania morbi
Rabies, furor, iraque mentem præcipitant
Concipere furiata mente furorem
Pectus anhelum, & rabie fera corda tumeſcunt
Stimulos ſub pectore vertit
Ceſſit furor, & rabida ora quiverunt
Acuere furorem furiis
Mens quoque ſic furiis agitatur
Ardere animis
Morſu canis rabidi lymphaticum facere

the Magiſtrates or Rulers of the Common-wealth.

Magiſtratus, ἄρχοντες
Dynaſtæ, Cic. Præfecti, Primores
Primates, πρωτεύοντες
Primi, Primarii
Maximates, Summates
Optimates, Magnates
Magnates in bibliis ἄρχοντες
Principes, principales civitatis in ſacris nominantur
Proceres, Potentes
Potentiores, οἱ δυνατοί
Megiſtanes, μεγιστᾶνες, qua voce, apud Latinos, Suet. uſus eſt (ces
Conſules, Conſulares, Apiſ
Senatores, Conſulatus capita
Senatorii ordinis
Patriciæ dignitatis
Columina, Epiſtylia, Coryphæi
Trabeatorum torquatorumque turba
Summates viri, Patriciique ordinis, Proceres
In omnia potentes, quorum ſumma eſt authoritas, in quibus ſita ſumma bonique malique, quorum nutu ac renutu cuncta geruntur, Ruler of the City
Penulatorum alpha

to Magnifie, vide Praiſe.

to Magnifie, to extoll things of no purpoſe

Humilia extollere, efferre ea quæ jacere videntur, excitare atque erigere
Obſcuris dare lucem, ſplendorem afferre, obſcura illuſtrare

to may, vide to be able.

it may be, vide Poſſible.

a Maid, a Virgin.

Virgo, illocabilis virgo, a maid that cannot be married for want of goods or bring too old.
Virgo caſta, pudica, inexpers viri, virum non paſſa; virgo nubilis, matura viro, tædæ non nupta jugali

to deflour a Maiden.

Devirginare, Depudicare
Stuprare, Vitiare
Addere, afferre vitium pudicitiæ
Deflorare, Præſtolare
Virginem rapere vel ſuſtollere to raviſh a maiden

to maintain, vide to defend.

the Major, or chief Ruler of a Town or City.

Præfectus, ἐπιστάτης
Præfectus urbicus
Prætor urbis vigilantiſſimus ἀστυνόμος
Præfectus ſcelerum, qui à pleriſque minus apte Scruterius dicitur
Satrapa & Satrapas, lingua Perſica
Provinciæ præſes ſeu præfectus, qui Judex etiam dicitur provincialis
ἔπαρχος ἐπαρχείας, a Præfect.

Marjoram an herb.

Amaracus, ἀμάρακος
Sambucus, Marjorana

to Make or do

Agere, Operari
Πράττειν, ἐργάζεσθαι
Facere, Patrare
Peragere, Exequi
Actum agere
Efficere, Conficere
Perficere, Hoc agere

a Maker, a Creator.

Conditor, Creator
Plasmator, Plastes, Opifex
Sator, ποιητης, κοσμου ποιος.

Made free of the City.

Patebat Civitas virtuti potius quam divitiis. Jus civitatis consequebatur, dignus civitate putabatur, recipiebatur in civitatem, ad civium numerum adscribebatur, civis locum obtinebat, referebatur inter cives, adscribebatur in civitatem, particeps civitatis civiliumq; munerum fiebat, impertiebatur civitate, perveniebat in civitatem; ei civitas communicabatur, non qui opibus abundaret, affluëret, valeret, sed qui virtute polleret, excelleret.

Made friends again.

Cum inimicis in gratiam redii, reconciliatus sum, rejecto odio, in unum conjunximus, pacem colimus; inimicitias, simultates, odia, deposuimus, abjecimus; omnem veterum injuriarum memoriam, omnem ulciscendi voluntatem ex animo delevimus
Pulso odio successit amor, odium amore commutavimus, depositis odiis mutuam benevolentiam suscepimus
Orta est inter nos, vetere prorsus extincto odio, mutua benevolentia: animorum nostrorum in a[illegible] mutua consensio, [illegible]dum mutua pro-pensio, animorum ac voluntatum similitudo.

a Male, a Budget.

Pera, πηρα
Callidile, med. prod. in lib. Tobiæ
Pera pastoralis, Astopera
Pera viatoria
Bulga, Hippopera, idem

Malefactions, Wicked, and vengeable men.

Homines improbi, scelesti, scelerati, flagitiosi, noxii, nocentes, sontes, perditi, impuri, delictorum omnium participes, culpæ, criminum labe prorsus infecti atque inquinati. vide Naughtie fellow.

Malmsie wine.

Vinum Cleicum
Vinum Arvisium, vel Arvisinum, vulgo Malmasium dicitur.

to become Man, to take mans flesh upon him.

Strophio carnis cingi
E virginei corporis substantia corpus adsumere humanum
Trabeam carnis induere, apud Fulgent.
Ingredi mundum
Humanos induere artus
Nasci in terris
Servile carnis ministerium adsumere
Abjecti homuncionis formam induere
Induere fragilitatis limum
Carne velari, tegi, obtegi
Tegumen nostræ mortalitatis induere

a Man of no account, or little set by.

Homo nullius pretii, valoris, loci, ordinis; despectus, abjectus, contemptus, Tertæ filius, Vide Naught.

a good Man is constant.

Hominem gravem, certum, minime mendacem, minime falsum, studiosum veritatis cognovi, expertus sum; nihil in eo levitatis aut inconstantiæ, nihil inane, varium, mutabile, inconstans
Nullâ animi infirmitatem, nullam sententiæ varietatem, nullam consilii mutationem deprehendi
Magna præditum gravitate semper cognovi
Is mihi semper visus est, qui sibi optimè constet, nihil leve committat, nihil inane cogitet, non facilè discedat à seipso, aegrè discedat à sententia, mutet consilium, susceptam opinionem abjiciat, sensum deponat, de suo statu dimigret, quem nulla res facilè abducat, avellat à sententia
Cujus mentem huc & illuc, in hanc aut illam partem, in quam velis partem, utram in partem velis, non facilè flectas, aegrè traducas, cum labore torqueas
Alieno tempore nihil inquirit, nihil agit ineptè, nihil non loco, iden[illegible]

ei vultus in omni re, eadem in omni fortuna frons est

Mankind, vide Men.

a Manner of life, vide a trade of life.

two Manner of wayes.

Bifariam, Bipartito
Duobus modis, διχῶς

mother Manner of governance.

Manifested or Made known, vide opened.

Patefacere, manifestare
Tectum aliquid resignare
Mentem aperire, aliquid resignare
Resolvere, non celare

Manslaughter, or a killing of men.

Nex, Internecio, Cædes, Death
Clades, Strages
Salustius, in luctu & miseriis mors summarum requies, non cruciatus est

Many, vide Much.

to Marre, to Corrupt, to Spill, to bring to Nought, to lead aside.

Agere in præcipitium, in præceps
Διαφθείρειν, Corrumpere
Pervertere, Perdere
Per pravos mores in errores ducere
Abducere in gangam, Terent.
In discrimina pertrahere
Arte in casses precipitare rapido mergere freto
Præcipites nos agit ambitio & raptare videtur in exitium
Peccandi vel ruinæ præbere occasionem, Facere aliquem ruere
Seducere, Scandalizare
Offendiculum ponere, præbere
In errorem trahere, impellere
In vitium agere, ducere
Exitialiter alios seducere
Animas abstrahere à Deo in æternum exitium
Contra sanam doctrinam pravas ferere opiniones quæ quidem facillimè obrepere solent
Mellitis Syrenarum hæreseon illecebris præsentem inferre mortem
Sollicitare ad ruinam Sathan dicitur homines
Ex hæreticorum scriptis lues in teneram manat ætatem
Hypocrisi pietatis latrocinio circumlita Christi oves inescare
Conjicere in vitiorum voragines
Perdocere aliquem incedere tranitem vitæ corruptæ
Damnatas opiniones aliorum animis instillare
Detorquere alicujus animum à virtute
Virus in aures instillare
Erroris aliquem complere, Plaut.
Ab honesto deflectere
A recto deducere, abducere aliquem
Παρεμπίπτειν
Ducere in errorem, Ovid.
Virus pectori aspergere
Errorem pedicis illaqueare
Pravis inficere opinionibus
In erroris foveam præcipitare
In errores pestilentissimos deducere, trahere, illicere
Abducere à veri cognitione in inanem perversitatis
Simplicem plebeculam transversam agere
Opinionibus exoticis mentes mortalium per cæca & cœnosa vada in abyssum æternam avehere
A matris Ecclesiæ gremio in errorem varios anfractus mira argutia, illectare
Multa animorum millia variis conscientiarum tricis implicare, fœdis erroribus involvere
Impedire, illaqueare, innectere tricis quibusdam
Opinionum pravitate inficI
A Catholico sensu exorbitare
Hæreticorum persuasionibus seduci

the trade of Merchandise.

Negotiatio, Nundinatio
Commercium, ἐμπορία ἐμπορεία
Mercatura & Mercatus pro mercandi actu, apud Livium

to exercise merchandise, vide to traffique.

a marchant.

Mercator, Institor

Negotiator, ἐμπορευτής
Emporos, Rationarius
Nundinator

Regiæ negotiationis principem agens, vulgo dicitur, qui regi Lusitaniæ est à negotiis Indicis
Procurator regiæ aut principalis negotiationis

rich Marchants.

Rem possident bene magnam, amplissimam, uberrimam, copiosam inprimis mercatores Londinenses
Divitias tenent summas, abundant, effluunt re, copiis, divitiis, opibus
Divites oppidò sunt, Locupletes, opulenti, copiosi, à re parati, instructi, firmi, bene nummati, peculati; Ampla res est, prolixa, copiosa, minime angusta, bona multa mercatoribus Londinensibus
Ampla re utuntur, prolixa copiosa, bona, multa

the Marshes, &c. vi. borders

a Marriage.

Connubium, συνοικία
Matrimonium, συζυγία
Coniugium, Conventus apud Juven.
Copula matrimonii
Vinculum jugale, Virg.
Vincula jugalia Thalami, tædæque jugales
Hymænei pacta, Lectus jugalis
Socialis amor
Nodus jugalis
Curarum laborisque plenum pistrinum, cuidam dicitur

Marriageable.

Matura connubio juvencula
Matura conjugio, plenis jã nubilis annis, Apta viro
Exoleta virgo, quæ est maturæ ætatis
Viri potens, apud Cat. jurisconsul.
Matura nuptiis, ἐπιτήδεια
Tempestiva viro, Adulta
Nubilis apud Virg.
Pubertatis annos egressa
Virgo jam grandis, Terent.

a Married damosel, a bride

Nupta, juncta puella viro
Quæ fruitur marito
Conjux, Uxor

to bestow in Marriage.

Locare mulierem viro, vel virum mulieri
Filiam nuptum dare, in nuptias, in matrimonium dare
Locare vel elocare filiam alicui
Nuptui vel nuptum dare puellam viro, apud Plau. ἐγγυᾶσθαι
Jungere virginem viro, concubino
Dare, locare in matrimonium virginem
Admittere gnatam suam alicui uxorem
Locare nuptum alicui virginem
Collocare nuptum propinquas suas in alias civitates

to Marry, to wed, to take a wife.

Contrahere matrimonium
Connubii fœdus inire
Gaudere sorte tori
Inire matrimoniũ, nuptias
Nubere, mulierũ est tantũ
Vinculis jugalibus lese innectere
Ducere uxorem, γαμεῖν
Ducere filiam alicujus
Ductare aliquam, Terent.
Ducere filiam in matrimonium
Jungi matrimonio, Dare connubio
Conjugio vinciri, Dare nuptam
Matrimonii capistro os præbere
Jungere, copulari, astringi matrimonii fœdere
Bene compositum sollicitare torum
Concipere thalamos, parare, petere
Incumbere thalamis
Promittere conjugium
Deducere sponsam juveni
Coire toro sacro, Conjugio frui
Patrios hymenæos exercere
Connubia & hymenæos celebrare
Multæ uxores in ejusdem viri coëunt matrimonium, Soli. de Indis
Filiam alicuius in matrimonium recipere, ἀγεσθαι τὴν γυναῖκα
Rem non novam aggredi joco dicitur, qui vetulam accipit uxorem seu viduam, Cic. de jud.

to break, violate, or dissolve marriage.

Nuptam fallere, Rumpere sociale fœdus
Solvere fœdus jugale
Lœdere fœdera socialia
Violare jura mariti, Thalamos, Toros
Temerare Venerem, maritam Cubile
Destituere toros jugales, Legitimos
Sacra mariti polluere, Matrimonium odisse
Qui mihi conjugii sponsor & obses erat
Socialia fœdera rumpit

a Mar-

a Marriner, a Shipman.

Nauta, Navita, ναυτίλος
Navis moderator
Sulcator ponti
Gubernator, proreta
Nauclerus, Naviculator
Navicularius
Typhis, quod primis gubernandæ navis adminicula instituerit, generaliter pro navis gubernatore ponitur
Navarchus princeps, præfectus navis, quem patronum vocant, a Captain the master or the Admiral of the ship.
Navarchis, idis, the Admiral-ship
Classis ductor
¶ Agere navem velocem, classem, tri emes oneraria, est gubernare

a Market, vide a Fair.

Marks. vide tokens.

let this be your Mark, intent or purpose.

Hoc tibi sit scopus. Hoc tibi ante oculos propone, pone, statue, constitue, ad animum refer, huc mentem intende
Hunc spectet animus tuus, dirige consilia tua, tuas cogitationes ad hunc finem hoc tibi propositum sit
Mentis acie in hoc intende

a Masking vizard.

Larva umbratilis, persona, Περσωπον, προσωπεῖον
Facies composita, fictitia unde homines larvati, personati, qui adscitiam faciem, ne aut teneris scelera perpetrantes aut lucibus terrorem aliis incutientes, dignoscantur, induunt quamdiu diebus genialibus agitur

Masons.

Cæmentarii, Fabri murarii
Murorum extructores
Parietum eductores

a Mat.

Plecta, nonnullis flecta dicitur
Στορέα Storea, matta, teges
Καρδοπος σφυρὶς

Mates, vide Companions

Matter, or Corruption.

Sanies, ἰχώρ, ι
Tabo, Tabes, Vetum
Pus, πύον, Purulentia

a Matter of great importance or weight

Res seria, maggi consilii, non ex gui ponderis
Res gravis, difficilis
Res ardua, multi laboris
Magni momenti negotium
Plena difficultatis res
Magni, maximi ponderis negotium cui cuncta posthabenda sunt
Res haud parvi momenti
Non jocosa res, non est parva, Virg. Prægnans causa
Dignũ propter quod vadimonium deseratur. Prov.
In quo sane totius causæ cardo vertitur, pondus consistit, res pendet

clean from the Matter vide nothing to the purpose.

a Mattresse.

Culcitra, lanea
Accubitum
Accubita, ἀναπλιντήρια
Anaclinteria, Stibadia
Matiracia, Thuscanica
Usus istiusmodi lectulorum, Italis & Hispanis

a Maund, vide a Basquet.

Mead.

Meda, & aliquorum opinione, Medus
Aqua mulsa
Hydromeli, ὑδρόμελι

as I Mean after my meaning or judgement, in my opinion.

Mea sententia, Meo animo
Secundum animi mei sententiam (Cic.
Meo judicio, Meo sensu,
Ego de meo sensu judico
Ut mihi videre videor
Mea opinione, Ut opinio nostra est
Ut mea fert opinio, animus; hæc mihi mens est. Mens eadem perstat mihi, Nec dubia mihi mens
Hoc animo fixum immotumque sedet
Quantum ego nunc corde conspicio meo, videas I think.

a Mean or cause, vide occasion and cause.

Meat, vide Feeding.

to Meddle with another mans matter.

Curare negotium quod ad se non pertinet

Aliena curare
Curare rem alterius
Alienarum rerum satagere
Πολυπραγμονεῖν
Domesticorum negotiorum obliviſci, & foris aliena curare
Depugnare in alieno negotio
Rebus ad ſe nihil pertinentibus implicare ſe
Laborare de re quæ nihil ad nos pertinet, quæ nos non ſpectat
Ingerere ſe negotiis aliorum
In alieno choro pedem ponere
Ἐν ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδα τιθεῖς proverb. dicitur, qui ſe alienis miſcet negotiis & aliorum ſibi vendicat partes. Interponere
Immiſcere ſe rei alienæ
Falcem mittere in meſſem alienam

Meek, gentle, tame, mild.

Mitis, ἥμερος, Clemens
Benignus, Facilis, Manſuetus
Commodus, Beneficus
Placidus, Placabilis, Lenis,
Candidus, ἥμερος ὀφθαλμός
Blandus
Suavis, Benevolus
Exorabilis, Indulgens
Benignitatis prodigus
Leni ingenio, animo
Singulari morum manſuetudine
Singulari lenitate & manſuetudine
Oleo tranquillior
Minimè iracundus
Ad remittendas offenſas perfacilis
Tractabilis homo, Longanimis
Quicum conſuetudinem haud moleſtam ageres
Facillimis quis moribus dicitur, qui moribus commodis, venuſtis, minimeque moleſtis, ſed ſuaviſſimus omnibus
Qui plurimum præ ſe fert humanitatis
Supercilio carens
Quo nemo eſt uſquam in convictu jucundior, vide Gentle

to Meet with, or to come against.

Obviam ire, Prodire
Occurrere, Obviari
Dare obviam vel obvium
Venire obviam & procedere honoris gratia, ἀπαντᾶν
Συναντᾶν, ὑπαντᾶν
Ire adverſe vel adverſum, apud Terent. in Adelph.
Adire contra, Plaut. Is eſt, adibo contra. Obvenire alicui, Cic.
Adverſum venire
Incidere in aliquem
Offerre adventum
Ferre, offerre ſe obviam, vel obvium, alicui obvius

Meet, vide apt.

it is Meet, convenient, it becometh.

as Meet was, vide as need, &c.

a Meet mate for me.

Mei ingenii homo, valde mihi aptus eſt, mire factus eſt ad naturam meam
Vehementer eſt ad meæ vitæ rationem & conſuetudinem accommodatus
Convenit optime cum meo ingenio

Melody, tuneable muſick and ſymphony.

Conſonantia, Modulatio
Symphonia, συμφωνία
Harmonia, Concentus
Cantus, Cantio, ᾠδή
Melici, lyrici que modi moduli, apud Auſ. I. dulces

to Melt, or to be Melted.

Reſolvi, Defluere, Liqueſcere
Liqui, deponentale, χεῖσθαι
Liquefieri, Deliqueo, Tabeſcere
Liquefacere, liquare, liquidum facere

the privy members of a man or woman.

Virilia virorum tantum, ſed utrique ſexui tribuuntur verenda, naturalia pudenda
Αἰδοῖα, Geniales partes, Genitalia
Ἄδης, Natura, φύσις
Menta, mentula
Veretrum ὄρχις
Penis, Colis, vel Coles
Cauda, priapus
Μύρτος, mihi
Verpa, Muto apud Hor.
Ψωλή, Balanus, membrum
Membrum genitale, virile
Virga Venerea, τοῦ ὄφεως
Faſcinum apud Horat.
Caulis, ſecundum ſervitium καυλὸς
Haſta venerea, Virga virilis
Nervus apud Juven. Menſura incognita nervi
Tentum

Rub:r

Ruber palus, apud Horat. 1. Ser. Obscœnoque ruber porrectus ab inguine palus
Membrosus, Mutoneatus
Mentulatus, well furnished
Penitus med. prod.
Scrotum, λαπαρὸν
Pirga, Culeus, κολεὸς
Testiculorum capsula, bursa, nidulus, faeculus, sinus
Coles, colæ, testes, testiculi, notæ significationis sunt: & rei Venereæ opus transigentes designantur
Subigere, Subagitare.
Operari rebus Venereis
In veneris fano sacrificare, Catul.
Veneris voluptatibus frui
Quicquid est puellarum confutuere
Frangere thoros, apud Mart.
Sumere furtivo gaudia læta thoro
Consuetudinem cum aliqua habere
Futuere, Miscere
Συνεῖναι, Concumbere
Noscere, Cognoscere, Irrumare
Inire, coire, Rem veneream exercere. In Paphiæ deæ mysteriis operari. Subare, quod tamen proprie porcorum est, quamvis ad alia animalia & homines transferatur.
Admissuram facere, brutis proprium
Porrò mulierum pudenda passim apud authores hisce nomenclaturis designantur
Inter fœmineum, Cunnus Κλειτορὶς ἀνατέλλον
Rima, à similitudine
Barathrum fœmineum, apud Mart.
Vulva, tametsi vulgus existimet, vox inhonesta non est, uterum significans seu folliculum muliebrem, sic dicta quod partum involvat, quasi volva. Ponitur tamen nonnunquam pro ore vulvæ alio nomine loci
Menstrua, Menses
Τὰ καταμήνια
Mulierum profluvium, fluxus purgatio.

men, mankind.

Homines, Ævigenæ, Mortales
Terreni, Terrigenæ, Βροτοὶ Χθονὸς ἄνθρωποι μέροπες
Genus humanum
Τὸ βροτῶν ἀνθρώπων γένος
Caput carne & anima, pro homine quoque ponuntur, præsertim in sacris
Filii hominum vel Adæ, pro hominibus frequens in sacris Hebraismus est.
Humigenæ, quod de humo nati sint

mercy, vide Compassion

merry, vide Glad.

to make merry, or good chear, to be frolick to delight to take pleasure.

Exhilarescere, Exporrigere frontem.
Plaudere, Jucundari
Εὐθυμεῖσθαι Cum amiculis se recreare suavibus
Operam dare rebus ludicris, virg.
Solvite corda metu, secludite curas
Curam animo expellere, ejicere, eximere
Levare pectora diris sollicitudinibus
Excutere animo sollicitudinem omnem
Ovare, ovationem agere
Relaxare animos, & dare se jucunditati, Cic.
Diffundere animos, frontem, utrumque apud Ovid.
Alacri animo esse, Jubilare Εὐφραίνειν, Sustollere manus
Hilarem hunc sumamus diem
Luculenter hunc habeamus diem
Hodie modo hilarem facere, Terent.
Hilariter vivere
Fallere curas
Vino curas abigere
Explicare frontem, exhilarare.
Ponere supercilium
Demere supercilio nubem, apud Hor.
Vehementer gaudere
Animi curas eluere, diluere
Curas abigere, solvere, remittere, pellere, ejicere
Molestas animi curas discutere
Lætis solvere corda jocis
Cor illi salire dicitur, qui vehementer exhilaratur
Secum gaudere, & in sinu gaudere.
In sinu taciro gaudia premere, vide to live sumptuously

merrily, vide Jestingly.

a marvel, to wonder at, to be astonied.

Stupere, ἐκπλήττεσθαι
Stupescere, πλήττεσθαι

Perculsum esse, inhorrescere
Facti insolentis stupiditate exhorrescere, Humanam rationem captivam ducere, Stupore percelli
Summam hominum admirationem excitare, Cic.
Æstu quodam in alram admirationem stuporesque rapi, Bud.
Obstupere, Obstupescere
Animo percelli, exalbescere
In stuporem abire
De mentis loco pre admiratione moveri
Cum stupore admirari
In stuporem verti
Consternari animo
In admirationem rapi vel rapere
Obstupefieri
Stup. fieri, Suspicere
Mirari, Demirari
Miraculo detineri
Pendere ab alicujus vultu
Monstri raritate obstupescere
Tacere, stupere, rapere
Ad recordationem alicujus animo inhorrescere
Θαμβος δ' ιχε παντας, Apud Homerum, Stupor occupat inspicientem

n Messenger, vide Carrier.

Mettal, vide Copper.

Mid-day, vide Noon.

might, strength, power.

Potestas, ἐξουσία
Potentia, δυναστεία
Potentatus, Imperium
Virtus quæ Græcè δύναμις
Vires, Manus, Robur
Fortitudo, Vis, similiter
Authoritas, Fondus

migbty, vide Strong.

with might and main, or with all force & power.

Manibus, pedibusque
Omni conatu, Omnibus nervis
Toto pectore, animo, conamine
Extremo conatu
Magno nixu
Pugnis & calcibus
Læva dextraque
[illegible] & dextra
Totis viribus, παντὶ σθένει
Summa ope, Summa vi
Summo studio, nisu, conamine
Omnibus viribus, totis nervis
Velis equisque, Remis equisque
Pro portione virili
Pro viribus, pro virili
Omni diligentia, vide to Endeavour

mild, vide meek and gentle

mill, a quern.

Mola μύλη, Molendinum
Molettina, pro eodem
Pistrilla molendum à manibus, Ter.
Χειρόμυλος
Mola aëraria vel Pneumatica wind-mill
Trapes, Trapetum
Mola oleata

to mind, vide Determine.

my mind, or opinion is this: this is my mind or opinion.

Animus mihi est
Hæc mihi mens est, ἐκ γνώμης
Deliberatum est mihi
Sic visum mihi est
Ita affectus sum, in animo est
In animo habeo
Ita fert animus
Quæ nunc animo sententia constat?

his mind is changed.

Animus mutatus est, à pristina mente & sententia defecit, descivit, abductus est
Non sibi constat, labat, in sententia eadem non est, fixa non est, infirma ejus sententia
In aliam partem se traduxit, priorem opinionem abiecit, sensum deposuit, aliter sentit, & à seipsi dissentit, vide to change

to make one to change his mind, vide to dissuade.

to keep in mind, vide to Remember.

to put in ones mind, hand or brain.

Suggerere, Indere
Subjicere apud Terent.
Infarcire verba to stamp in
Immittere in pectus humanum
Instillare, metaphoricè, pro suadere, utramque apud Eras.
Ingerere, Insusurrare
Inspirare, Inserere

out of mind, vide Forgotten.

I am troubled in mind.

Sum in mentis perturbatione
Non sum compositæ mentis aut compositus

Sum

Sum turbidus vel turbatæ mentis
Non sum mecum, quod vulgo vixque Latine dicimus
Sum male dispositus

a Minister, vide Preacher and Priest.

a Minstrel, vide Piper.

Misbegotten, vide a Bastard.

Misery.

Miseria, calamitas, acerbitas, duritia, duities, Vastitas, vastities, vastitudo, vexatio, oppressio, perditio, corruptio, consternatio, consumptio, infortunium, exitium, damnum, detrimentum, infœlicitas, difficultas, egestas, paupertas, inopia, penuria, pernicies

Miserable.

Tenere vivam alicujus rei memoriam
Quæ in viva etiamum multorum hominum adhuc memoria residere dignoscimus impugnare velle, extremæ dementiæ est
In oculis esse, observari oculis
In memoria cogitatione q; esse, to be in mind.
Cogitationum fluxus & refluxus, suspitionem vultus sustinere

I remember it very well.

Subit cogitatio, recordatio
Subit animum cogitatus, vel cogitatio menti illabitur
In mentem venit, εἰς τὸν ἔνδον
Memini, Recolo, Sum memor
Reminiscor, Recordor
Recogito, Occurrit
Redit in memoriam.

To keep deep in remembrance.

Custodire memoria, Cic.
Figere animo aliquid, Virg. Si mihi non animo fixum immotumque, sederet
Imis pectoribus commendare
Imis animis committere
Memori servare pectore dicta
Dimittere in pectus
Παραστήσασθαι τῇ μνήμῃ
Dare memoriæ
Notare mente dicta
Sinu memoriæ recondere

Alcidi

Altiùs, altissimè in animum dimittere
A tâ mente recondere
Figere dicta animo
Memoriæ affigere, commendare
Recondere animo, Sedere
Imprimere animo, cordibus altius
Inferere animo vel insculpere
Ingerere animo, memoriæ, Quint.
Optima quæq; in memoriæ thesaurum deponere, memori insculpere animo
Reponere, in animo, in mente
Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta, Virg.
Reponere in calatho memoriæ
Custodire memoria, Cic.
Animum intendere
Inscribere animo
Scribere in animo
Animadvertere
Imis sensibus condere, repe dere
Insidere in animis
Tenere pectore, mente
Hærere medullis
Inhærere pectoribus
Pectoribus semper hæc resid re tuis
Tenacius audita reservare, Vide to keep and put in remembrance.

Out of my Remembrance vide forgotten.

To fall or come in Remembrance.

In mentem venire
Occurrere
Illabi animo, memoriæ
Subire animum & animo dicitur: modò cũ dativo modò cũ accusativo construitur, apud authores
Incidere menti, εἰς τὴν ψυχὴν
In memoriam venire, ἀναμιμνήσκειν
succurrere, apud Ovid. & Virg.
Quæ legenti sponte succurrunt, Plin.
Recursare animo
Redire in memoriam
Redire animo, pro meminisse
Subit in mentem dum hæc recolo
Profunda subit animum cogitatio
Et apud Plaut. Versabatur mihi in labiis primoribus, i. ad plenum non succurrebat
Natare in saliva. to have it in the mouth or at the tongues end.

To put in Remembrance, vide put in, &c. and to warn.

Remissely, vide Lightly.

To Remove, to put or send away.

Movere ordine, Repudiare
Abdicare generum, Tac.
Submovere, Reprobare
Ungue, creta, carbone notare
Damnare, Condemnare
Rejicere, Expungere
De medio tollere, Abjicere
Repellere, deturbare
Παραβαίνειν cum accusativo
Fidem testis infirmare apud judicem, Cic. pro infirmum reddere. & offendere testem esse perjurum. Vide to deprive one of his authority.

To render up, v. to Yield.

To Renew, to make new again, to Repair.

In integrum restituere
Sarcire ædes, Resarcire
In pristinum statum collocare
Καθιστάναι
Reficere muros, ædes
Incredibili & indefatigabili labore ac industria quicquid interdiu per hostem demolitum est, nocte per milites & cives duplo remunire
Renovare
Restituere, Instaurare
Restaurare, Redintegrare
Innovare, Restituere, laxare
Reformare collapsa
Ædificium reconcinnare, pro reficere, apud Cic.
Reconcinnare vestem, apud Plaut.
Recreare civitatem, pro instaurare, Cic.
Interpolare, rebus vetustis novitatem dare
Veteres ruinas instaurare
Antiquare pro ad statum pristinum revocare, apud Liv.
Restituere pristino decori
Labantem pene collapsamque domum reparare, erigere
Domum sartam tectamque servare. to keep in reparations.
Reparare, Instaurare mœnia
Muros ab omni parte ruinosos dempto instaurare, readificare, recingere, ἀναλαμβάνειν
Ex imis fundamentis instaurare.

To renew sorrow or grief.

Libere tangere omnium Hulcera
Refricare cicatricem, vulnus
Refricare, movere dolorem, memoriam facti
Movere seu tangere hulcus
Κινεῖν ἢ διγεῖν τὸ ἕλκος
Strumam alicujus dedolare libere
Rei quæ nos maximè urat, mentionem facere, Parere dolorem
Narrando dolorem scindere
Unguis in hulcere, apud Cic. Quæ enim dolent, ea molestum est contingere
Afferre manus vulneribus Cic.
Malorum memoriam refricare
Renovare dolore animi vulnus cui jam cicatrix obduci cœpit
Anagyrin commovere
Camarinam movere
Κινεῖν ἀναγυρεῖν τὴν Καμαρίναν
Vulnera cruda retractare; Ovid.
Sopitos suscitare ignes
Doloris flammam sensim extinctam denuo accendere
Malum bene conditum movere, sopitum renovare, suscitare
Cic. Hoc tam gravi vulnere, etiam quæ consenuisse videbantur, recrudescunt.

Renown, vide Honour, and Famous.

Renowned, of great Renown, or Estimation

Clara opinione & æstimatione censeri, Præditum esse, Æstimatum esse, νομίζεσθαι
Magni haberi, æstimari
In honore est
A summis eruditione pariter atque authoritate viris in dignatione, honore haberi
In pretio haberi
Magna authoritate pollere apud omnes
Inter homines cœleste quoddam numen agere, vide Famous and Esteemed.

To Rend or tear in pieces.

Lacerare, Dilacerare
Convellere, Discerpere
Vellicare, Concidere
Divellere, Conscindere
Rumpere, Perrumpere
Dirumpere, Perfringere
Dilaniare, διασπᾶν
Scindere, Lancinare
Λακίζειν διασπᾶν Vide to pluck in sunder.

Rents or Revenues.

Reditus, Proventus
Emolumentum, Vectigal.

To Repeal, vide to abolish

To Repeat, to double words.

Repetere verba, Reddere nomen
Reportare, remittere, iterare
Voces, sonos, dicta ducere
Replicare, cantare aliquid alicui.

To Repent, to be sorry for a thing done or spoken.

Dolere, Ingemiscere
Dolere factum & facto
Facti pœnitere, Resipiscere
Μεταμελεῖσθαι, μετανοεῖν
Pœnitudine duci
Lugere, in luctu esse
Pœnitentiam agere
Ad cor, ad mentem redire
Vitæ transactæ seu veteris pœnitere
Admissa lugubriter deflere
Ad pœnitentiam moveri amaris peccatorum commemorationibus
In amaritudine animæ recogitare annos, ut est apud prophetam
Plangere errorem
Per pœnitentiam excoquere scoriam peccatorum
Lachrymis ex verâ cordis contritione fluentibus restinguere æterni ignis in endia
Lachrimis ubertim fluentibus noxam diluere
Noxam justa tegere pœnâ
Transactæ vitæ crimina abluere effuso lachrymarum fonte
Pœnitentia torqueri
Luctu sordidari
Diluere crimina fletu
Peccatorum rubiginem calentibus eluere lachrimis
Gravia celare, lachrymis obliterare, delere
Oculos densissimis ignorantiæ tenebris offusos lucis radiis admovere
Tacita sudare præcordia culpa dicuntur a Propert.
Subit me pœnitentia, id est, pœnitet me

Repla-

Replenished, vide Full.

To Report ill, vide to slander.

As it is Reported, vide as men say.

Your talk was Reported, unto me.

Tuus ad me sermo per honestissimos perlatus est; tuum ad me sermonem retulerunt homines honestissimi, mihi significarunt, aperuerunt, narrarunt, ipsa mihi verba tua exposuerunt

Delatus, allatus est ad me tuus de me sermo.

Report, vide Fame.

To Repose, vide to sleep.

To Reprehend, vide to correct.

To Represent, vide to shew.

To Repress his lust, to mortifie his mind, to subdue tame, or keep down his carnal desires, and fleshly affections.

Cupiditates, libidines frangere

Cupiditates ex animo revellere

Corporis curam negligere

Abdicare humanas cupiditates

Affectibus aliquid adimere

Temperare affectibus

Suarum solvere nexus cupiditatum, Ambros.

Animo flagranti moderari

Domare, domitare, extinguere, sepelire malos corporis affectus

Imperare cupiditatibus

Affectus effrænatos moderationis franis coërcere, Bud.

Ratione rectrice affectibus moderari

Appetitum frangere

Voluptatibus carnis reluctari, Gregor.

Mentem à terrenis avocare & ad cœlestia sublevare

Fallas mundi voluptates amore Christi respuere

Animas ad patriam cœlestem anhelare

Animum corpori præficere

Cupere dissolvi, ut est apud Paulum

Domicilio terreni corporis gravari

Ingemiscere quòd distrahatur à consortio cœlesti.

Omni studio ad cœlitum vitam suspirare

Cupere supremum vitæ exitum absolvere

Neglectis temporalibus, ad æterna, invisibilia, ad spiritualia rapi

A terrenorum desideriis cor restringere, Greg.

Magis videri inter cœlites quàm homines morari

Ad cœlestium bonorum gustum fruitionemque eniti. Animi motum, cupiditatem accensam, appetentiam refrænare, restringere, comprimere, reprimere

Frænare, & refrænare voluptatem

Inhibere, cohibere impetum affectuum; nam impetus omnino male administrat, ut ait sapiens, vid. plura, to repress.

A Reproach, vide Check and Rebuke.

To Repulse the enemy, vide Assault and Overcome.

To Require, vide to desire.

To Request, vide supplication.

I shall never requite your deserts.

Nullam unquam tuorum meritorum partem assequar

Nunquam ne minima quidem ex parte in me meritis satisfaciam

Nunquam omnino tibi solvam quantum debeo, ac ne ulla quidem ex parte

Officia tua nunquam rependam, remunerabor, remetiris officiis paribus aquabo

To Resemble, vide to be like.

To Resign or give over his office.

Resignare officium, magistratum, consulatum, provinciam

Transcribere, cum primis elegans pro transferre, κατ' ἐξοχὴν, Virg. in 7.

Et tu Dardaniis transcribes sceptra colonis

Cedere provinciam alteri

Amico provinciam tradere

Alii facem tradere
Curſu lampada tradere, proverbio, id eſt, partes ſuas quaſi ſucceſſione in alterum transferre.

A Reſting, a Refreſhing, Recreation, or Repoſing.

Reſpiratio, Reſpiramen
Refocillatio, Interpolatio

Reſt, eaſe, or peace.

Otium, Otiatio, Quies
Requies, Quietudo, Tranquillitas
Pacatio, Pax, Portus.

To Retire, vide to go back, to return, to come again.

Redire, Recurrere
Ἐπανέρχεσθαι, Revenire
Remigrare, Repedare
Recurſare, Remeare
Reverti deponentaliter, & apud Cic. Revertere
Regredi, ἀφικνεῖσθαι.

Revealed, vide Open.

To Revenge, or to take Revengement, to requite like for like, to be even with him.

Illatam injuriam ulciſci
Διαδικεῖν, ἐκδικεῖν
Vindicare, Vindictam reddere, facere, ſumere, capere
Retribuere, Compenſare
Retaliare injuriam, vel propulſare
Ultionem facere, Talionem reddere
Τὰ ἴσα μετρεῖν Agere cum aliquo mala compenſatione
Genuinum talionis alicui infigere
Malum malo reddere
Fallacia fallaciam trudere
Amentatas haſtas ab aliquo accipere, & eas oratoriis lacertis viribuſque extorquere, Cic.
Impudens alicujus os retundere, graviſſimis modis premere
Talionem reponere dignã
Impudentiſſimum, ferreum alterius os gravi reverberare convitio
Talionis jure utì
Retaliare convitium
Convitia convitiis retundere
Cædere, inque vicem præbere crura ſagittis, apud Perſium, id eſt, viciſſim carpere & carpi, mordere & morderi
Recriminando objicere
Seſe viciſſim dicteriis inceſſere
Speram inter ſe reddere
Retorquere contumeliam
Retorquere, in os regerere
Hinc proverbia: Neoptolemi vindicta
Νεοπτολέμειος τίνος
Et canis vindictam, ſubaudiendum paſſus eſt, quando præter expectationem pœnas dat iis, quos aliquando læſit
Ultio, videlicet malefacti.

To Reverence, vide to Honour.

To Revoke his fault, vide to call back.

Reward, hire, or wages.

Merces μισθὸς
Præmium, Salarium
Auctoramentum
Bravium, vel Brabion, βραβεῖον
Stipendium, μισθοφορὰ
Didactrum, διδακτρον
Didaſcalium, Latinè Minervale docendi præmium, i.e. præmium quod præceptori datur
Munus Minervale.

Honour, the Reward of Virtue.

Si ut inſtituiſti pergis, ſi curſum inſtitutum tenebis, ſi tuam conſuetudinem ſervabis, omnia quæ ſunt in republica amplisſima conſequêris, præmium feres tuæ virtutis eximios honores
Ad ſummos honores, ad ea, quæ ſumma ſunt in Republica, tua te virtus extollet
Merces meritorum tuorum erit ampliſſima dignitas
Aditum tibi ad maximos honores aperies patefacies, viam ſtrues, invenies
Honorem in republica nullum fruſtra petes multi etiam non petenti ultrò deferuntur

To Reward, to give wages

Præmiis afficere, Pretio inductus
Præmium dare, tribuere; Amplis vel maximis præmiis afficere
Invitat pretiis alios, & præmia ponit
Pretio redimere

A Rheum, a Catarrhe.

Catharrus, Latine diſtillatio
Pituita, Rheuma
Epiphora, lachryma Latine

Rhes

Riches or wealth, the goods of this world.

Opes, Copiæ, Bona
Opulentia, μεγαλότης
Divitiæ, Amplæ fortunæ, Census
Facultates, Res, Substantia
Pelopis talenta, Attalicæ gazæ
Ciny æ, Pactoli opes
Aurei montes, Midæ divitiæ
Mammona, μαμωνᾶς Græcis
Gaza vox Persica, qua tamen Cicero usus est Officiorum 2.
Rerum affluentia
Et proverb. Bonorum acervus
Ἀγαθῶν σωρὸς
Opes ingentes, copiosæ, cumulatæ, immensæ, omnigenæ, Attalicæ, regales, superbæ, Crœsi.
Famosæ divitiæ, great riches; cujus contrarium, modicæ facultates
Thassus, Dathus, Gargara, Myromecia, Glomi bonorum
Bona terræ, in sacris frequens.

Rich, Wealthy.

Locuples, Dives
Pecuniosus, Pecuniosus
Opulens, apud Ambros.
Divitiis abundans, præpotens, auctus
Abundans rerum, Dis ditis
Crœsum divitiis vincens
Opibus affluens, πλουτῶν
Potens, superbus
Nummosus, & apud Plaut. pro eodem nummatus
Rich in money.
Pollutus, cui abunde suppetunt facultates, apud Plaut.
Fortunam habens amplam & splendidam
Rerum copia divitiisque affluens, circumfluens, Fœlix
Nummis affluens, Opimus
Dives opum variarum, Vir.
Rem familiarem valde lautam & splendidam habens
Omni copiarum genere abundans
Copiosus apud Cic. in Ver.
Beatus apud Juven. vetulæ vesicæ beatæ
Divitiarum rerumque potens
Condere horreis quicquid de Lybiis verritur areis
Dat sensus honores & amicitias
Crœsus, Crassus
Midas, Lucullus
Crœso beatior
Crœso, Crassoque ditior

To wax or become Rich.

Ditari, πλουτίζειν
Ditescere, Locupletari
Procedere ad opes, Plin.
Divitias accumulare
Rem, opes augere. Dives fieri
Reditus augere paternos
Negotiatione rem auctiorem uberioremque reddere
Majores suos opibus vincere
Rem familiarem, patrimonium amplificare
Eximio lucro rem fortunasque augere
Rem, divitias parare, quærere
Pennas nido majores extendere
Rem facere, to profit.
Vivere Crœsum
Patrimonium non iniquum sibi parare
Pervenire paucis annis ad pecunias maximas.

To gather Riches.

Accumulare, parare, conquirere opes, divitias, thesauros magnos
Æs congregare
Cogere talenta, Cic. innumerabiles pecunias
Pecuniam corradere, recondere, cumulare, reponere
Congerere opes, vim maximam auri, argenti
Opes per scelus augere, rapere, eripere, diripere, adimere, detrahere, carpere, auferre
Rem domesticam augere
Inhiare, studere opibus congerendis
Loculos farcire
Immensas pecunias aggerare
Thesaurizare
Θησαυρίζειν
Intendere animum cumulandis divitiis, nummis corradendis
Consulere opibus
Corrogare nummos
Peculium conficere grande, Plaut.
Colligare, coacervare pecuniam
Dare se facultatibus
Conficere, conflare pecuniam usura, vel tributo, Cic.
Patrimonia quantumvis ampla architectari, apud Bud.
Pecuniam facere, apud Cic.
Conficere nummos, Ter. pro parare
Bonis parandis, accumulandis, objicere pectus variis mali
Rem facere, apud Ter. & Horat.

Rem ſtruere, apud Perſi.
Augere, addere, accumulare aurum, argentum ex præda, apud Cic.

Riches much ſet by, or made of.

His temporibus magni faciendæ, pendendæ, æſtimandæ divitiæ ſunt
Commendat nobis rem familiarem temporum ratio
Ea ratio temporum eſt, ut plurimum divitiis tribuendum videatur, ut divitias non in poſtremis habere debeamus, non ultimo loco ponere, non in minimis ducere, conſtituere, locare.

To Rid, releaſe, or deliver out of from.

Liberare, Solvere
Eripere, Eruere
Diſſolvere, Exſolvere
Extrahere, Eximere
Expedire, Educere
Abſolvere, redimere, vide to cut off.

You have Rid me from all fear, vide put me out of fear.

Righteous, vide Juſt.

Rigorous, vide cruel and rough.

To Riſe from death to life.

To Revive or be alive again.

Reviviſcere mundi ſupremo tempore
Corpus reſumere
In vitam redire
Vitam rurſus induere
Revivere, Reſurgere
Emergere tumulo
Ultima etenim dies reducet nos omnes vitæ compotes, & mortui reſurgent, animæque in corporis ſui regredientur domicilium
A nigro remeare Orco.

It Riſeth from thence, vide it cometh, &c.

A River, Rivage or bank of the Sea or River.

Alveus, Ripa, ὄχθη
Crepido, media producta frequens in ſacris
Aſta, Ægialus
Littus, maris propriè, tametſi pro ripa ſubinde ponatur
Ora maritima, Græcis ἀκτὴ dicitur, qua dictione Latini quoque uſi ſunt.

Rivers, Conduits.

Rivi, amnes
Amnis in mare prorupit
Flumen medio caput extulit alveo
Fluvii, Flumina
Fluenta, Fontes
Torrentes, Stagna
Lacus, Scatebræ
Scaturigines, Alvei
Aquæductus, Putei
Ortus & venæ aquarum
Aquæ ſtagnantes
Fontaneæ ſcaturigines, & Fontanea de fluviis, Solin.

To Rob, to Spoil.

Prædari
Prædam facere
Peculatum facere
Rapere
Facere ruinas, apud Cæſ.
Spoliare, Deprædare, & Deprædari
Latrocinari
In alicujus bona venire
Prædam agere, facere, carpere, ferre
Bonis ſpoliare vel deſtituere
Exuere, apud hiſtoriographos
Spolia detrahere, Expoliare
Facere manubias, Cic.
Deſpoliare, Privare
Nudare, Denudare
Piraticam facere, exercere
Mare infeſtare, to Rove on the Sea.

A Robber, or a Rover.

Prædo, Prædator, Raptor
Rapinator, Auri argentique raponer, apud Pomp.
Avidæ inſtructus rapinæ
Deprædator, Spoliator
Pirata, proprie a Sea-rover.
Archipirata, princeps piratarum, vide Murtherer.

A Robbing, or Robbery

Graſſatio, Graſſatura
Rapina, Latrocinario
Latrocinium, Prædatio
Deprædatio
Spolia, Manubiæ
Præda, λάφυρον, the booties or prizes that are Robbed or taken away

A Robbing place.

Latronum receptacula labrae
Raptorum, Latronum asylum infamiæ, latibula, Accessiariorum
Spoliarium

Rock in the Sea, vide Dangers.

to take Root

Radicare, Radificare
Radices agere, ponere, perducere.
Ῥιζοβολεῖν
Figere, capere radicem
Coalescere, Latè germinare
Crescere, Subire dicuntur herbæ
Provenire largiùs justo

to grow Rankly. vide to Burgen.

an arch Rook, vide Vault

a Rope, Cord, or Halter.

Restis χοινὶς χάλιτος
Funis Funiculus, Resticula
Chorda per aspirationem, cujus frequens mentio in Psalmorum libro, Græca dictio est, Fidem significans χορδὴ hinc ψάλλειν. et δικαχόρδων
Psalterium decem chordarum, decem fidium
Fidulæ, plurali Nac'coras
Fidis, a string of an Instrument.

a Roper, or a Rope-maker.

Restio, & restiarius
Funarius

Schœnoplocos, σχοινοπλόκος

to Rost, to Fry.

Assare, ἑψεῖν, Torrere
Frigere seu frixere, tertiæ conjugationis, φρύγειν

Rotten, vide Weak.

to be Rotten, Worm-eaten.

Trahere cariem, Cariem inducere
In cariem transire, verti
Pati carjem, apud Aus.
Caric corrumpi, vitiari, infestari
Sentire cariem

Rough, Rigorous, Grim or Austere.

Austerus, Rigidus
Severus, Asper
Sævus, intolerabilis, Acerbus
Morosus, Iracundus

Rough, or Rugged with hairs.

Hirtus, Hirsutus
Pilosus, Sentus
Hispidus, Villosus
Osseratus, Setosus
Hirto, aspero corpore
Prolixam barbam vel multam sylvam gestans, habens; densa pilorum obsitus sylva, i. prolixa, prælonga barba, longa, dependente
Multibarbus, apud Apul.
Spinis obsitus & pilis to have a great long beard
Et pilare, pilos emittere

Tunc primum pilabant genæ

Round

Rotundum, Sphæricum
Orbiculare, Circulare.
Cyclicum, Teres, round in length
Hastam dic teretem, pomum dic esse rotundum
Orbitum apud Var.
Canda in vertiginem torta, tortuosa, sinuosa
Multiplici flexu in se recurrens, Solinus

Round about.

Circumcirca, undique
In circuitu, ἐν κύκλῳ
In universum.

to stand Round about.

Circumstare, Circumsistere
Cingere corona

to turn Round.

In orbem torquere
Vertere, ἑλίττειν, torquere
Volvere, circumvolvere
Circumagitare, Rotare celeri gyro
Circumrotare, Rotare
In gyrum ducere, Circumflectere
Motum agere in ambitum
Celeri vertigine rapi

to row, vide to snort

to Row, vide Live

to Row with Oars

Remigare, promulcare
Findere aquas, Scindere undas remigio
Remo propellere cymbam
Remos

Remos ducere, agere
Impellere, movere
Remis sollicitare, currere, ire, uti, torquere, incumbere
Dare aliquot ad remos
Consistunt transtris intentaque brachia remis
Totum dehiscit remi convulsum stridentibus æquor
Intendere brachia remis
Certatim ferire mare
Huic opus est remo, remige carpit iter
Verrere, Pulsare, Carpere, Dividere
Eruere, Pellere, Propellere freta remis
Æquora remo spumescunt, caneseunt
Agmine remorum, prora petit maria, & pelago decurrit aperto.

Rubbish of old houses, sheards of stones.

Rudera, cujus singulare ruder, aut, ut vult Despaut. rudus
Σκύβαλα
Segmina & fragmina lapidum
Testulæ, Testæ
Κλάσματα φιάλης λίθου
Farrago, frusta testularum
Χύτρια, Laterculi
Fragmenta testacea
Tessellæ lapideæ, testæ confractæ
Congeries ruderum, fragminum
Lapidum, Materies ruinarum
Fragmenta vetustatorum saxorum
Putria saxa, Rubbish.

A Rock, a Heap.

Congeries, Cumulus
Acervus, Agger
Moles, Globus
Strues, Stirages.

Rude, Ignorant, Rustical, Clownish.

Agrestis, Rudis
Petro, Crasso sub aëre natus
Incultus, Inurbanus
Hebes, ivis
Obtusus, Stupidus
Bliteus, Grossus
Barbarus, Scythicus
Ἀκυλίς, Bœoticus
Inexercitus, Inexercitatus
Insciti, Ineptus
Crassus, Rudis ad dicendum
Rusticus, Rusticanus
Immoratus, Iners
Indoctus, vide a dull-head.

Ruine, vide Destruction.

To Rule, to Command, vide to be Lord and to govern.

To bear Rule.

Cum imperio esse, maxima imperia gerere, sustinere, administrare, summis rebus præesse
Summa mihi commissa sunt imperia, credita, mandata, tradita
Curam gessi rerum maximarum
Amplissimo imperio non semel sum usus, magno sæpe cum imperio fui, vide Office.

Rulers of the Commonwealth, vi. Magistrate.

A Rule, vide a Line.

Rumour, vide Fame.

To spread Rumours abroad.

Rumores in vulgus disseminare
Sermones serere, Διαφέρειν λόγους
Famam seminare, disseminare
Spargere, differre, rumpere famam
Dissipare apud Cic. pro dispergere, diffundere rumorem, vel famam, Διαπνίζειν
Famam ferre, pro spargere Plaut.
Famigerare, to publish abroad.
Dictitare frequenti & crebro sermone dissipare, & divulgare
Et disseminari, dissipare, latius dispergi, emanare serpere, percrebescere
Famam subire
Famam vel honorem depeculari, honore privare, to take away ones honesty.
Famam atterere, to hurt.

It is a common Rumour or talk, it is commonly said, it is a common proverb, or a common saying, it is in every mans mouth.

Rumore percrebuit, sparsum est, vulgatum est
Fama increbuit, divulgata est, nata est, emanavit, percrebuit
Ad nos delatum est
Fama est, λέγεται, Fabula vulgi est, serpit hic rumor
Rumore disseminatur, spargitur

Fama perfertur, percrebescit
Ἡ φήμη διαφέρεται
In ore versatur omnibus
Hominum per ora adagium obambulat, Cic. non modo Romæ, sed apud exteras nationes omnium sermone pererebuit
Volitat, versatur in ore omnium & sermone
In ore vulgi versatur
In ore fere omnium est hominum
Tristissimus rumor huc allatus
Ext in fabulam, est tritum vulgi sermone proverbium
Abiit in Proverbium
Fama manavit, fluxerit, venit, pervenit, percrebuit, perlata est ad nos
Rumor vagatur ac fabula
Lippis ac tonsoribus notum.
Per ora volitat populo compluribus
Et terram rumor transilit & maria
In omnibus passim tonstrinis & pistrinis hodie celebratum
Vulgo dictitant, Jactatur
Dimanavit fama
Ἀπῆλθε λόγος, apud Mat.
Omnibus omni populo in ore est
Afferebantur rumores ad eum crebri, Cæsar.
Et, multiplex fama est, quod variè narratur, unde varii jactantur rumores.

To Run or passe away swiftly.

Currere, Curriculo ire
Gellius, Concitato cursu ferri, Rapi, Tolli
Rapido contendere cursu
Largos circumflectere cursus
Pedum cursu valere
Curtius conficere, Inire cursus.

To Run away, vide to fly away.

A bull-Rush.

Juncus, ὄξος κόπος
Scirpus, βίκλος
Mariscus, Cyperos

A Runagate, vide Vagabond.

To Rust, to wax Rusty

Rubiginē, ferruginem trahere, contrahere, ἰοῦσθαι
Æruginem contrahere
Situm ac rubiginem obducere
Squalere, Virg.
Rubigine inficio
Rubigo ferrum dicitur interficere, corripere, apud Solin. Aul. Gel.
Ferrum si non exerceas rubigo interficit.
Obduci situ pulvereo, apud Eras.

Rustical, vide Rude.

S.

A Satchel.

Mantica, Culeolus Sacciperium.

To Sacrifice, or to offer a Sacrifice.

Sacrificare, Immolare
Libare, Litare
Offerre, Piare
Mactare, & dicare hostiam
Sacra facere, peragere, parare, colere, celebrare, frequentare
Dare thura, Deos fumantibus aris placare
Cædere hostiam
Devovere aris, Dona imponere; vide Offer.

A Sacrifice, or thing to be Sacrificed.

Sacrificium, Immolatio
Libamen Liramen
Oblatio Holocaustum
Hostia, Victima
Piacula sacra, Res divina
Cultura divina
Cultus divinus
Honor divinus.

Sad or Sorrowful.

Mœrens, Dolens
Tristis, admodum tristis
Anxius, ἀθυμῶν
Dolorum abysso absorptus

To be Sad, or sorrowful.

Mœrere, cum diphthongo, æ
Ἀλγεῖν, Discruciari
Mœrore affici, ἐν λύπῃ εἶναι
Anxium esse, Tristari
Jacere in lachrymis
Luctus acerbitate frangi
Ἀνιᾶσθαι, Dolere
Indolere, ἀχθεσθαι
Ab animo ægrum esse
Vehementer, impatienter dolere
Suspirare, Angi
Dolere ex animo
Ringi animo, ἀθυμεῖν
Mœrore consumi, absumi, absorberi
Angi animo
Fluctuare, metaphoricè
Esse dolore, & esse in dolore

dolore utrumque, apud Cic.
Lugere, in luctu esse
In lamentis, mœrore, luctuque jacere
Petere suspirium altè
Suspiria ducere ab imo pectore Ovid.
Tangi animi dolore
Obstinatè lugere, Ovid.
Cruce aliqua premi, affligi
Dolorem habere, capere, percipere, accipere, suscipere, haurire, sustinere
Dolore angi, impediri, figi, premi, intercludi, ardere, dirumpi, tabescere
Tegere, premere animi dolorem, Cic.
Cupiebam animi dolorem vultu tegere, & taciturnitate celare
Et Virgilius, premit altum corde dolorem.
Spe deplorata, mœrore, mœstitudine, animi angore confici
Præ dolore pœne exanimari, ac deficere
Dolet animus, dolet cor, Plaut.
Ego illud scio quam doluerit cordi meo, Vide, to mourn

to make Sad, or Heavy.

Contristare, perturbare, tristem reddere, dolorem afferre, inferre, exulcerare, dare, incutere
Dolorem refricare, augere, amplificare, affligere
Ægritudo, mœror, molestia, dicuntur exedere animum
Ægritudo lacerat, exest animam planèque conficit

Sadness, Heavines, Pensivenes.

Mœror, Mœstitia
Ἀλγός, Dolor
Luctus, Tristitia
Afflicto, Lachrimæ
Mœstitudo, angustia
Tribulatio, Animi molestia
Crux, fluctus, & tempestas, Metaph.
Cruces, Aculeus
Pressura, Stimulus
Pœna, dolescentia
Dolor cordis, Ægritudo
Cura animum discrucians
Angor, anxietas
Et gladius pro suprema afflictione
Per enses atque ignes

in good Sadness, vide Earnest.

Safe or Sound.

Sospes, Incolumis, Sanus
Salvus, Integer, Tutus
Valens, Securus, vide out of danger

in Safety, vide out of danger.

as men say, as they say, or as it is reported as the common talk or report goeth.

Ut fertur, ut ferunt
Ut fama est, Ut dicitur
Ut perhibent, Ut aiunt
Ut antiquum ait dictum
Ut vulgo dici consuevit,
Ut vulgo dicitur
Ut rumor vulgo spargitur
Juxta vulgo tritum sermonem
Ut dici solet, ὡς λέγει
Ut veteri dicitur proverbio
Ut publicus, isque constans ferebatur rumor
Ut in est proverbio
Ut in vetere verbo est, apud Aulam an old saying
ὥσπερ ἡ παροιμία
λέγει ἐστὶ παλαιὸς, ut dicimus Prov.
ὡς λέγεται, ὥσπερ λέγουσιν
ὡς φησὶν ὁ λόγος.

He saith one thing, and thinketh another.

Aliud vultus præ se fert, aliud sentit; vultus simulatione sustinetur; aliud vultu significatur, aliud animo latet
Non congruit animus cum vultu
Animi sensum vultus occultat, celat, tegit,

to sail in a Ship or Boat

Navigare, ναυπλεῖν
Navigio sulcare æquora profunda
Vela ventis dare, Virg.
Levi pandere vela Noto, Claud.
Lustrare æquora
Currere æquora, salum
Committere se mari, aquis, pelago ratem dubiis flatibus
Credere se æquoris undis, Neptuno,
Solvere absolutè, & solvere oram
Quintilianus
Tentare remum in unda
Ducere in altum
Solicitare aquas remis, apud Claudianum
Incumbere pelago, ire ratibus,

Ve to

Verto, flatu per aquas
Sulcare fluctus, velificare
Committere se ventis, cœlo irato, pelago
Classem velis aprare
Facere velaturam, aut navicularia, Vecturis vivere, to live by Sayling.
Volare linteo, transvolitare nullo remige
Ferire mare, & æquora verrere
Cærula verrentes abiegnis æquora palmis
Velorum pandere alas
Liquidos Neptunare per undas
Ventosum proscindere æquor
Vada salsa circa decurrere puppi, celeri currere rate, Omnia apud Catullum
Remige carpere aquas
Conscendere naves, & conscendere absolute, to take ship.
Plenis & intentis velis ferri, to Sail with a full Sail and wind.
Ferri adverso flumine, Virg.
Adverso amne, adversa aqua vehi, advehi, against the stream.
Vela dabant & spumas salis æque rudebant
Adnixi torquent spumas & cerula verrunt

to Sail prosperously with wind and weather.

Navigare prospera navigandi facultate
Discedere, Solvere, Proficisci, facere vela tempestate opportuna, idonea, apta, minimè adversa, secunda.

to take a Say, vide to Taste.

to Sail with wind and weather.

a common Saying, vide common rumour.

to make a Saint

Referre in numerum divorum
Divorum inferre albo
Apotheôsi donare
Ἀποθεοῦν
Canonizare
Divificare
Sanctorum catalogo adscribere
Inter divos referre
Superis annumerare
In beatorum numerum referre
Inscribere in catalogum Sanctorum
Reponere homines in martyres, morte deletos, inter divos, in deorum numero.
Syderibus, divisque adscribere, Cicero.
Homines jam morte deletos reponere in deos
Inter cœlicolas connumerare, Cic.
Tyrannoctonos, i.e. vindicibus & oppressoribus dominationis tyrannicæ, quos tyrannicidas vulgus nominat, deorum honores tribuuntur.

A Saint, or holy Man.

Divus, Sanctus, Divina stirps
Chara dei soboles, Satus sanguine Divûm

to put to port-sale.

Auctionem bonorum facere
Παρεῖναι πρᾶσιν
Auctionari
Auctioni inferre
Hasta subjicere, submittere
Sub hasta vendere
Λαμβάνειν πωλεῖν

To Salute, vide to Greet

A Sanctuary, vide Refuge.

Sand.

Arena, Saburra, Sabulum

Sand-blind, vide to see but a little.

To satisfie, vide to Fill, content, and pay.

Satan, vide Devil

Sauce for Meat.

Condimentum
Καρυκεία, ὀψαρύτιον
Conditura, καρύκευμα
Omphacion, Verbinec.
Jusculum, Jusculum
Jus nigrum, apud Cic.
Jus piperatum. Liquamen
Embamma, Intinctus
Garus, γάρος

Saucy, vide Wanton.

To Saucer, vide to smell.

An ill Savour, vide stink.

A Safe conduct, vide passport.

To

To Save my life, I lost my horse.

Amisso equo, quasi ut vitæ consulerem, ut ei adessem præsenti periculo, ut periculum vitarem minimè dubium, ad hostes equum misi, immisi, admisi, incitavi, laxatis habenis hostem versus impuli.

A Savlage, vide Pudding.

A Scab, or Scabbedness.

Scabies, Psora
Ψώρα, Serpigo
Asperitas, Scabredo
Scabritia, Scabrities
Impetigo, Lichen
Λειχὴν, Porrigo
Fœdatio cutis
Exulceratio pruriens
Mentagra, mentum occupans scabies
Herpeta
Sicca scabies, quæ volatica, & à nonnullis ignis sacer creditur, wild-fire, solet faciem, & loca vicina occupare
Morphea ulcerosus.

A Scaffold, a Stage.

Theatrum
Spectaculum
Scena σκηνὴ
Amphitheatrum, & proscenium, seu orchestra, locus ante & circa theatrum, vel in medio theatro, ubi actores & histriones sua proferunt, ubi & Mimi, ac cæteri ludii varios ludos ac gesticulationes edere solent
Agere, recitare, edere fabulam, comœdiam
Διδάσκειν τ κωμῳδίαν
Edere spectacula, to play a play.
Δεικνύναι μίμους
Exhibere Eunuchum, Trinummum
Joculares ludos in scenis depromere
Ludo facere, Plaut. Vide stage-players.

Scantness, or Penury.

Penuria, Egestas
Inopia, Raritas
Caritas, Indigentia
Defectus, Carentia
Sterilitas.

To let a Scape, v. Fart.

Scarcity of victuals, vide Dearth.

To Scarifie, vide to Vor.

To Scatter, to cast abroad, or asunder.

Jactare, Diffundere
Dissicere, Spargere
Dissipare, διασκεδάζειν
Dispergere, Turbare
Disturbare, Differre
Diducere, Distrahere

A School, or a place of exercise and learning.

Schola, σχολὴ
Studium triviale
Studium privatum
Σχολεῖον
Ludus literarius, scholasticus
Palladius ludus
Diatriba
Παιδευτήριον
Et metaphoricè hujusmodi schola vocatur, phrontisterium
Φροντιστήριον, Pistcinum, Curarum ergastulum
Carnificina minis verberibúsque horrisona
Vide de similibus plura in dictione, University.

To put forth to School, vide, to learn without book.

A Schoolmaster.

Præceptor, Institutor puerorum
Παιδοτρίβης, Literator
Magister, Ludimagister
Rudis pueritiæ formator, doctus, integer
Didascalus
Ludimagister literatii
Institutor, Præceptor literarius
Orbilius plagosus, nodoso verbere torvus, a hard Master
Hypodidascalus, subdoctor, an under-schoolmaster, or Usher.
Trivialis magister, à triviis
Indoctus magister
Grammatista, vel stes literator, a Grammarian School-master, a three halfpenny teacher, a smatterer in Grammar.
Diobolares habens auditores
Magistellus
Magisterculus, quæ postrema in indoctos ironicè torqueri possunt
Pædotriba
Pædotribes, παιδοτρίβης

The chief School-master, the principal head of a Colledge.

Gym-

Gymnasiarches seu Gymnasiarcha
Gymnastica dignitate præfulgens
Moderator cœtus scholastici, gymnasii, ludi
Archididascalus
Ἀρχιδιδάσκαλος
Præfectus ordinis scholastici, quem σχολάρχην vulgus nominat, vel Scholarcham
Præfecturam agens gymnasticam
Moderator Academiæ, the Chancellor of the University, or in his absence the Vicechancellor.
Rector Academiæ, quem clavarii (quos vulgus Bedellios vocat) præcedunt cum clavis argenteis.

To go to School.

Frequentare, visitare ludum literarium
Ἀναχωρεῖν εἰς τὸ σχολεῖον
Sub præceptore literarum stipendia facere, Subire ferulam
Ferulæ manum subdere, subducere
Sub ferula militare
In ludo literario versari
Nomen in literariam militiam dare

Scholars, vide Young Scholars.

To Slander, to defame one, to backbite, to report ill.

Vitio dare, Criminari
Vellicare Metaph.
In vitio ponere
Rodere alicujus famam
Verborum contumeliis optimum virum incesto ore lacerare, Cic.
Furta & libidines objicere
Infligere turpitudinem sempiternam alicui, apud eundem
Laudem alicujus proterere criminibus, Carpere
Oblatrare, Obtrudere
Obgannire, Obtrectare
Debacchari, Destomachari usque ad ravim
Inferre crimen, infamiam
Incurrere in alterius famam, vel damnum, apud Cic.
Conflare alicui infamiam
Offundere dedecus, scelus aliquod
Carbone notare
Abominandis probris afficere
Inurere notam turpitudinis, to put to shame.
Contumeliam facere in aliquem
Infamare, Vituperare
Contumeliam intorquere, imponere, dicere, facere
Tanta turpitudine Ausonicam labefactare virtutem
Blasphemo calamo aliquem notare, incusare
Perfundere ignominia, scommatibus
Contumeliis operire, lacerare, concidere
Ignominia afficere, deformare
In contumeliam agere
Probra ad satietatem ingerere
Contumelia insequi
Dehonestare, Inhonorare
Improbare, Reprehendere
Sugillare, Traducere
Insimulare, Notare
Damnare, Culpare Detractare
Diffamare, Obloqui, Maledicere
Derogare, Detrahere, Mordicare
Irrogare & infligere ignominiam
Ignominia notare, quod Græcis est, ἀτιμίᾳ περιβάλλειν
Infamia flagrare, est summa infamia laborare
Vituperari
Diffamari, Laborare fama
Improbari, malè audire, to have an evil name or report.

Slandred wrongfully.

Doleo te immerentem convitio jactatum, exagitatum, vexatum, malè acceptum
Angor animo, quòd ignominiam tuleris nulla tua culpa
Quod ignominia tibi sit allata immerenti, quod ignominiosè sis tractatus, quod ignominia sis affectus nullo tuo merito.

A Slanderer, a backbiter, a detractor, an ill reporter.

Detractor, Delator, Detractator
Sibilator, Susurro, Susurrator
Hominum famam imminuens
Derogator, λοιδορητὴς
Famicida, Sycophanta
Infectator, Vituperator
Maledicus, Mordax
Dentatus, Nasutus
Nasutulus, Obtrectator
Vitigilator, vel Vitilitigator
Cavillator, Sugillator
Criminator, Ostrigilator
Archilochium ferens
Archilochus, Vituperonis
Morbo

Morbo maledicentiæ bis excus. apud Eraſ. Fœnum habens in cornu
Venenum aſpidum ſub labii habens
Zoilus, quicunque doctis viris detrahit.

Slandering, or backbiting

Detractio, Derogatio
Obtrectatio, Maledicentia
Oblocutio, κατάλαλιὰ
Detractatio, Diffamatio
Traductio, Obloquium, Maledictum
Succus ſoliginis proverbiali ſchemate, apud Horat. Morſus clandeſtinus, clancularius, virulentus
Sermo Bionæus, Mordacitas
Canina facundia
Archilochia dicta
Clancularia ſuſurratio
Morſus, Sycophantia
Suſurrum & ium, & us
Aterrictus, apud Poëtas, pro obtrectatione, ſiniſter rumor
Vituperationibus, lingua cote livoris acuminata,
Morſus aſpidis
Δάκνει ἐκπιὼν ἰόν.

To Scoff, vide to Mock.

To Scourge, to whip, to beat with whips.

Flagellare, μαστίζειν
Verberare, δέρειν
Duris cædere ceſtibus
Flagris cædere, Lancinare
Flagris, nervis bubalis, taureis, taurinis flagris, crudis loris diſcerpere
Loris & reſtibus incidere
Excoriare, Excarnificare
Laniare, Dilaniare
Terga percutienda dare
Virgis, loris conſcindere miſeros
Mulctare verberibus, apud Cor.
Verbere ſub duro triſtia fatigare terga, Crudeli verbere lacerare terga
Conficere aliquem affatim, pro, miſerè flagellare
Acribus flagris cædere
Flagris noxias expiare
Lacerare flagris
Conficere verberibus
Scuticis & vimine diſcerpere
Dare aliquem totum in ruborem, id eſt, ita verberare ut undequaque rubeat, Plaut. in Capt.
Per omnem vicum verbere agere
Diverberare cutem, Inſcribere tergum, corpus virgis ἰσχεῖν
Variare virgis, Vide to beat.

Scourged, vide Whipped.

To Scowl, vide to look ſowrely.

to Scrape.

Radere, Corradere, Eradere
Obliterare, to ſcrape out.

to Scratch, to claw.

Scabere, Fricare
Unguibus pruriginem ſedare
Scalpere, γράφειν, κνᾶν
Arare, Exarare cutem unguibus
Unguibus fodere, perforare, lacerare, lancinare, radere
Explicitis unguibus cutem fodere
Involare in oculos, in faciem
Perfricare, Cic.
Tu in hoc ulcere tanquam unguis exiſteres.

A Scrivener vide Writer.

The Sea.

Salum, Amphitrite, Thetis
Nereus, Doris
Gurges immenſus
Circumfluus humor
Neptuni unda, Mare
Pelagus, πέλαγος
Fretum, Æquor
Neptunus, Pontus
Oceanus, à celeritate Ὠκεανός
Rex undatum belluoſus, reciprocus, reſluus, undoſus
Salpto mari, Virg.
Altum, ſubſtantivum, pro mari ponitur, à Virg.
In altum vela dabant læti
Profundum, apud Ovid. pro mari
Guttur indomitum, Vaſtum, Cæruleæ aquæ
Reliqua inquirantur inter Synonyma Poëtica
Neptunus.

The Sea is appeaſed, mitigated, aſſwaged.

Mare placatur, Æquora tuta ſilent
Mulcere fluctus
Tollere ventos, ſtat mare
Omne ſilet æquor ſtratum
Motos componere fluctus
Cunctus pelagi cecidit fragor
Alta quieſcunt æquora
Narei

Pla-

Placida premit æquora Pontus
Ventos temperare, sedare, placare
Sistere mare
Sternere æquor
Mare componere, æquora, undas frangere
Fluctus compescere
Venti subsistunt, silescunt
Cadit Eurus
Remittit unda sævitiam
Freta mitescunt
Mare sternitur
Maris ira frangitur, unda ponit minas.

The Sea is moved, troubled, boysterous.

Mare concitatur
Maria alta tumescunt, obicibus ruptis
Vento turbantur arenæ, & veniunt ad littora fluctus
Ponto sonat unda refuso
Oceanus terram, quà patet, ambit aqua
Æquoreasque suo sydere turbat aquas
Ferrea marmora Ponti
Indignatur magnis stridoribus æquor
Clauso fit gurgite murmur
Semifero sub pectore murmurat unda
Spumant vada marmore vero
Freta agitata tumescunt
Surgit mare
Mare turbidum
Maris ira, sævitia, tempestas
Freta indignantia, mota
Tumescentes aquæ
Æquora ventis concitata, fluctibus agitata
Freta movere, concutere, miscere, exasperare aquas
Mare albet spumis, Tumescit ventis
Venti vexant
Jactantur æquora ventis.

The Sea-coast liketh me best.

In maritimis facillimè sum
Jucundè versor in maritimis
Maritima loca cum voluptate frequento
Maritima regione libenter utor, in ora maritima versari jucundum est, maritima sedes me capit, oblectat, tenet
Pascor maritimæ regionis aspectu
Meis oculis regione maritima nihil est jucundius
Miram haurio jucunditatem maritimæ regionis aspectu.

To Seal Letters.

Literas claudere, Signare
Consignare, obsignare epistolam
Sigillo munire, insignire Σφραγίζειν
Signi impressione occludere
Signum, sigillum imprimere annulo
Sigillare, ἀποσφραγίζειν

To Search out, vide Inquire, and Imagine.

A Cerecloth, or a Plaister, made of oyls, gums, wax, and rosin.

Ceratum, sive ut aliis placet Cerotum κήρωτον quod vulneribus & membris consolidandis adhibetur

In Season or good time.

In tempore, ipso tempore
Tempestivè, Maturè
Opportunè, Per tempus
Auspicato, Fausto sydere
Secundis avibus.

A Seat, vide Stool.

Secretly, vide Privily.

Clam, λάθρα cum genitivo
Secretò, Cautè
Abdite, Ex occulto
Ex insidiis, occultate, apud Cic.
Clanculum, Occultè, Latenter
Clandestinè, Absconditè, furtim
In occulto, Absque arbitris
In angulo, ἐν γωνίᾳ
In privato
In penetralibus
Suspenso gradu, Pedetentim
Pede pressim, κατὰ πόδα
Suspensis pedibus, Tacito pede
Ἡσυχῇ ποδί.

Great Secrets, or mysteries.

Mysteria Mystica
Quam maxime abstrusa
Abdita, Recluſa
Clara, Abscondita
Altissimè latentia
Occultissima res
A nostris remota conspectibus
Operta, Obumbrata
Velata, Obvelata
Arcana, secluſa
Involuta, Obscura

Testa

Tecta, Obnubilata
A natura involuta, Recondita
Sacra, quæ prophanum vulgus scire non convenit
A prophanis oculis longissimè semota
A sensibus humanis remota
In terra defossa, latentia.

To reveal, to open Secrets.

Conscium, Participem alicujus consilii sui facere
Arcanos alicui credere sensus
Effutire secreta
Dogma prodere, Enunciare commissa, renunciare
Futilis homo, huc atque illuc profluens.

A Secretary.

Scribárum præfectus, Primus ac præcipuus à literis, ab epistolis
Archigrammateus
Secretarius vulgò dicitur, quem Silentiarum Accursius vocat; verum ornatius Latiniusque à Secretis dixerimus seu Tabellionem quod tabulas i. e. testamenta & scripturas publicas conficiat; quod conventa, conventiones civitatis, & contractuum pacta quæ Græcis τὰ συμβόλαια, dicuntur, scribat; unde & Gr. συμβολαιογράφος, seu potius, συμβολαιόγραφος vocatur; & Tabellion ταβελλιών, civitatis scriba, vel à libellis, qui barbare Notarius dicitur; vocabantur enim olim Notarii, qui in senatu notarent.

A Sedition, Debate, commotion, or uproar in a City.

Bellum intestinum, Seditio
Bellum civile, Factio
Motus civilis
Διχοστάσια
Divisa seditione civitas, Ascon.
Civium dissentio, tumultus, factio
Arma civilia
Occultum, intestinum, domesticum malum
Rabies, furor vulgi
Dissidium, vel bellum domesticum, quando scinditur incertum studia in contraria, sententias in contrarias, vulgus, aut ad arma concurritur, dissociatis civium animis inter se digladiantur, bellum agunt intestinum cives
Coorta est seditio, sævitq; animis ignobile vulgus
Διαπολεμεῖσθαι, vide commotion.

To make a Sedition, vide Uproar.

Sedition is the plague of the Commonwealth.

Multas respublicas civiles discordiæ perdiderunt, domesticæ seditiones, intestina bella, controversiæ inter cives, partium contentiones è civilibus discordiis, contentionibus, controversiis, seditionibus, multarum rerum publicarum pernities fluxit, manavit, orta est
Civium dissentiones multas urbes opibus admodum florentes everterunt, solo æquarunt, diruerunt, exciderunt, afflixerunt, perdiderunt, sustulerunt.
Multis urbibus perniciem, exitium, pestem, excidium, ruinam, interitum attulerunt, exitio fuerunt.

To See, to look, to behold.

Cernere, Videre, ὁρᾶν
Oculis haurire, capere, accipere, percipere, βλέπειν
Obire oculis, Plin. Spectare
Aspicere, Conspicere
Inspicere, Intueri
Speculari, Contemplari
Advertere, Animadvertere, vide to look about.

To see but a little, to be dim-sighted, to be purblind or sandblind.

Cæcutire, Hallucinari
Caligare, Lippire
Cæcultare, apud Plautum
Palli judicio, vide squint.

To See and not see, to let it pass or slip as though we knew nothing, to wink at the matter.

Connivere, συνεπιμύειν
Dissimulare visum
Ad multa sciens connivere

Chars-

Charadryona imitari
Data opera dissimulare
Studio occludere oculos ne videant
Astutè celare
Multa prudenter præterire
Egregia conniventia transire
Dissimulanter agere, contueri
Oculis velatis, clausis præterire
Connivere in hominum sceleribus, Cicero.
Hallucinari in amicorum vitiis, apud Erasmum
Per licentiam indulgere, Bud.
E apud Ulpianum, Conniventibus oculis, id est, per dissimulationem, & apud Accur.
Ratione stricta, i.e. ratione non inspecta.

Pe may See, v. Perceive.

To come to See, vide to Visit.

To lay Siege, to pitch his Camp to a place.

Apud Patavium castra posuit
Locavit, Constituit
Fecit, metatus est
Obsidione cinxit, obsedit corpus, suo sepsit exercitu.

To raise the Siege, vide Camp, and Raise.

To Seek, to inquire.

Quærere, Inquirere, Conquirere
Exquirere, Perquirere
Explorare, Investigare
Indagare, Rimari, Vestigare
Scrutari, Pervenari.

To Seek after glory or praise, vide Ambitious.

To Seek fame or renown by ill doings,

Gloriæ fumulum velut Ephesini templi incensor conquirere, detractionis studio, incursu hostili, bello non prius indicto
Illustres accusando viros, suo nomini famam quærere, Hier.
Flagitiis, facinoribus post cineres dilatare famam
Nomen memoriæ sceleris extendere, voto adipiscendæ famæ latioris, Solin.
Pestilenti exemplo nomen posteritati commendare
Alios traducendo choragium aliquod gloriæ affectare, venari.

To Seeth, vide to boil.

Seld, scarce, not often.

Rarus, Rara vel alba avis, nigroq; simillima cygno
Phœnice rarior
Corvo rarior albo, Juven.

Seldom, not often.

Raro, σπανίως
Perraro, Rariùs
Rarenter, Haud crebrò
Vix unquam, Insolenter, Cic.
Rarissime, σπανιώτατα.

Of himself, vide willingly and without help.

To Sell.

Vendere, πωλεῖν, Divendere
Venundare, Distrahere, Metaph.
Aëra mutare, Dare pro vendere, Cic.
In caritate annonæ asse modium populo dedit.
Nundinari & nundinare

To Sell openly.

Mancipare & emancipare
Ἐκπωλεῖν, Extra domum suam ponere.

To offer or to put forth to Sell.

Venum exponere
Inscribere ædes, apud Terrent.

To Send away, vide to put away.

To Scent, vide to smell.

To give a Sentence or Judgment, vide to Judge.

To Separate, to sever, or to part one from another.

Discernere
Discrimen rectum facere
Ponere discrimen, distinguere
Partire, Discriminari, to Divide.

A Separation between man and wife, v. Divorce.

A Severing or parting.

Dirimere conjunctionem, discindere, dissuere, disjungere, jus omne conju-

junctionis tollere, delere, extinguere
Magno locorum intervallo disjuncti sumus
In iis locis sum, quo propter longinquitatem tarditissimè omnia perferuntur

Separately, asunder several.

Singulatim, Divisim
Privatim, Seorsim
Separatim, Sejunctim

A Serce, vide a Sieve.

A Serpent or Snake.

Anguis maculosus.
Serpens sinuosus
Variæ serpentum species sunt
Seps tabificus, Natrix
Hæmorrhois, Chelydrus
Cenchris, Scytale
Dipsis, Aspis, Echidna
Cæcilia, Jaculus
Præster, Coluber
Hydrus, Hydra, & Chersydrus
Vipera, Seraster, &c

To Serve.

Famulum agere, δουλεύειν
Famulari, Servire, inservire
Ministrare, ὑπηρετεῖν
Ministerium exhibere, præbere
Famulatum, famulitium præstare
Colere servitutem apud aliquem
Ancillare propriè de viris, qui præter dignitatem se alicujus servitio subjiciunt

A Servant, a bondman, or a serving man.

Minister, ὑπηρέτης
Servus, δοῦλος
Puer, Famulus, A ministerio
A pedibus meis, apud Terent. subintelligitur servus, a Lackey
Fures pro servis posuit in Bucolicis Virgil.
Quid domini facient, audet cum talia fures? plerumque enim fit, ut furaces sint
Dictarii similiter
Dromo, frequens in Comœdiis
Cliens, Assecla
Pedisequus, Mancipium
Verna, Vernula
Scoparius à scopando, apud Ulpianum, Cones.
Ministeria pluraliter pro ipsis ministris, sicut servitia pro servis apud Sallustium
Columella, servus major in familia the chief servant of all the household.
Addictus & nexus apud Romanos & Jurisconsultos qui ob æs alienum creditoribus in temporariam servitutem addicebatur.
Infimus famulorum servus
Domus mancipium, spongia

A Maid servant

Famula, Ancilla
Pedisequa, παιδίσκη
Θεραπαινὶς, Abra, Verna
Mercenaria puella
Lotrix, aululariæ, ancilla agraria, agrestis, rurestris rusticana

Service. vide Attendance.

Serviceable, or ready to please.

Dare se alicui, ἑαυτὸν διδόναι
Obsequentem se præbere, inservire, ministrare, commodare, prodesse, accommodare, obtemperare, adjuvare
Convertere se ad nutum vel ad nutum alicujus.

To be set aside, behinde the door, to be cast aside out of the way, as not remembred or regarded.

Pascere tineas
Inter blattas tineasque ricari apud Polit. in Miscellanea tineas
Tineas pati, apud Auso.
A tineis exedi, corrumpi, rodi
Objicere tineis blattisque
Longa quasi rubigine neglectum jacens
Senili carie corrosum
Litterarum figuræ carie ac situ obliteratæ tinearum ac blattarum injuriis semirosæ

To set lesse by, vide to put back

To set naught by, vide Esteemed.

Nothing set by, vide of no account.

A settled mind.

Animus quietus, stabilis, excelsus, altus, sublimis, constans, præstans, firmus, tranquillus, æquus, ad omnia par-

tu, ab omni cura ac molestia vacuus.

To Set upon, to assail or incounter with.

Aggredi, Congredi
Concertare, Confligere
Adoriri, Incessere
Invadere, Insilire
Insultare, vide to assault.

To Set on, vid. to stir up.

Shackles, vide Fetters.

A Shadow.

Umbra, Montibus densantur umbræ
Apta pistoribus umbra
Umbrâ defendere rapidis à solibus uvas
Ingentium arborum defenditur umbra
Molli succedere sæpius umbra
Ministra potantibus umbra.

To Shake.

Vibrare, Quatere, Concorquere
Concutere, Crispare

To Shame one, to make one ashamed.

Pudefacere, Pudorem afferre
Pudorem incutere, Pudore afficere
Incutere pudorem, ruborem
Virtutis castitatis aliquem traducere
Confundere in hoc significato prorsus barbarum est, denotat commiscere, confundere
Pudefieri, to be ashamed, Sudi, rubore, ad lachrymas usque, quod Græcis est ἐντροπὴ, αἰδὼς
Probrum & pudorem contrahere, to get both shame and blame.

To be ashamed, vide to blush.

Without shame, vid Impudent, Shameless.

Impudens, ad impudentiam propensus, imprudens, immodestus, immoratus, expers modestiæ, verecundiæ, rationis, inconsideratus, immodicus, minimè verecundus, à pudore aversus, ad impudentiam pronus & propensus

It is a great Shame.

Datur, ascribitur, imputatur probro, vitio, crimini
Vitio vertitur, Dare delicori
Turpe est, Vitio consine est
Vitio venit, Boet. Non abest à vitio
Non probatur in vulgus
In crimen vocatur, apud Cic. pro. vitio vertitur
Flagitium est, it is an ill Deed.

Shamefastness, blushing.

Rubor, Modestia
Verecundia, Pudor, Frons
Confusionem vulgus vocat
Αἰσχύνη ἀναίδεια, Vide Dishonesty.
Pudor subit illum
Æstuat ingens in corde pudor
Ponere, fovere pudorem, to put to shame.

Shards of stones, vide Rubbish.

To make Sharp, vide to whet.

A Sharpness, or quickness of wit.

Ilus à Trojanorum rege Hor. poſtea Iulus à prima barbæ lanugine Unde Virg. lib. Æneid. At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iula Additur, Ilus erat dum res ſteti Ilio regno
Formoſus, pulcher, regius

Aſſyria, vide *Babylonia.*

Aſtrologi.

Aſtrologi, quibus aſtra ſunt à conſiliis, Chaldæi, Genethliaci, γενεθλιακοὶ, Mathematici
Horoſcopi, Metopoſcopi, Planetarii, Gnomonici, Prognoſtæ
Ἀποτελεσματικοὶ, Aſtronomi, Conſultis aſtris prædicentes futura
Horoſcopi obſervatores
Syderum obſervantiſſimi
Mathematis Chaldeorum periti
Matheſeos experientes
Sydereæ ſuperſtitionis profeſſores
Emenſores cœli
Naturæ certiſſimi exploratores
Secretorum naturæ conſilii curioſi obſervatores
Naturæ veſtigia indagantes
Aſtrorum ſcientiam profitentes
Ignotas ſtellarum vias, orbeſque tuentes ignotos
Aſtrorum ſyderúmque meatus, cœli itinera, occaſus & ortus ſignorum, deliquia ſolis & lunæ callentes

Athenæ.

Athenæ

Athenæ, arum. Civitas Græciæ inter Achaiam & Macedoniam. Cecrops primus Athenas condidit omnium bonarum artium inventricem, Philosophorum & oratorum matrem, Poetarúmque alumnam, à quo dicta Cecropia, & postea Mopsopia ac Ionia

Porro Athenæ à Minerva quæ Græci ἀθηνᾶ

Urbs Attica, Pallidonia

Agri Munichii

Athenienses.

Athenienses etiam dicuntur Athenæi, Attici, Actæi, Tegeæi, Tesiæ, Cecropii, Cecropidæ, Munichii, Mopsopii, Æacidæ, Erichthæi, Erichthonii

Ægidæ, Marathonii

Cavati

Erichthidæ

Pandonii

Athenienses & Athenæi à Minerva quæ Athena Græcè dicitur

Attici & Actæi Acteo rege Ovid. lib. 1. Metaph. Separat Anios Actæis Phœbarvis

Thesei & Thesidæ à Theseo filio Ægei Athenarum regis. Virg. lib. 2. Georg. Præmiáque ingentes pagos & compita circum Martialis

Thesidæ posuere, eadem ratione favos Thesæos vocat, id est, Atticos, ubi ait, Massica Thesis tam bene vina favis

Cecropidæ à Cecrope rege, Virg. lib. 6. Æneid Tum pendere pœnas. Cecropide jussi

Munichya erat Athenensium navale, unde Munichii dicti sunt. Ovid. lib. 2. Meta. Munichioſque volans agros, gratamque Minervæ Despiciebat humum

Mopsopii à Mopsopo Athenarum rege, Ovid. lib. Metamorph. Mopsopeum juvenem sacros agitare jugales

Æacidæ ab Æaco, Ovid. lib. 8. dant placidi cursum redeuntibus Austris Æacidis

Erichthæi & Erichthonii ab Erichthæo & Erichthonio regibus, Ovid. lib 8. Erichthæas Tritonidos ibat ad arces, eadem ratione vocantur Erichthidæ

Ægidæ ab Ægeo Athenarum rege, Ovid. in epist. Inter & Ægidas media statueris in urbe

Marathonii à Marathone Atticæ campo, unde Stat. lib. 3. Syl. Erigonem vocat Marathoniam Syllius l. 14.

Armaque fixa deis aut quæ Marathonius hostis perdidit. Sydonius. Et dum Mopsopia stipantur per Marathonem

Carnania à Carnao rege Athenarum

Codridæ à Codro rege quod se pro patria devovit

Pandonii à Pandione rege, Erichthonii filio

Atlantides.

Atlantides, Atlantis, Mauritaniæ regis filiæ, ex Pleione Oceani filia numero quindecim, quarum quinque Hyades sunt nominatæ, reliquæ vero Pleiades, Virgilides, Virgiliæ, Hesperides

Attica.

Attica regio Græciæ inter Achaiam & Macedoniam sita, in qua fuit urbs Athenienſis, ſic dicta ab Atthide Crani regis Athenarum filia, Acte quoque dicitur ab ἀκτὴ, quod littus significat. Nam magna ex parte littoralis est regio

Cecropia & Cecropis eadem vocatur & Pallidonia á Neptuno dicta, qui Græce ποσειδῶν

Mopsopii, ac Ionia, ab Ione Xuthi filio

Pandionia quoque Sidonius. Qui Pandionium moveb t Orator Caveam tumultuoſus

Augustus.

Augustus mensis ob honorem Octavii Cæsaris sic dictus, quum prius Sextilis vocaretur & adhuc sit, utpote sextus mensis ab introitu solis in Arietem Græce βουλεγμιων

Aurora.

Aurora, Matuta, Eos, hæc

Jubar pro aurora ponitur

Leucothea mater, parens Memnonis, Ovid.

Tithonia conjunx, Pallantias

Memnon,

Memnon, filius Auroræ. Eous, coloratus
Aurora, crocea, punicea, rosida, rosea, luthea, nitida, fulgida, ambrosia, rubea

Auster.

Auster. Notus idem, Plinius lib. 18. Hic austrum ventis dabat, quem a Græcis Notam diximus vocari

B

Babylon.

Babylon, Hebraicè Babel, quod confusionem Hebræis sonat, prius dicta civitas regni Nembroth gigantis, quod in ea regnavit, Chaldeorum metropolis est, Mesopotamiæ Assyriæque caput, a Babylone quodam sapientissimo Medi filio fundata, authore Cælio; purpuratam meretricem eandem vocat D. Hiero. Et D. Petrus Apost. Romam Babylonem vocat ob scelerum sentinam Neronisque crudelitatem

Babylonia.

Babylonia à Babylone civitate: liter Chaldea vocatur & Assyria Babylonis Regio

Babylonii.

Babyl. Chaldæi, Χαλδαῖοι, Cephenes prius dicti à Cepheo patre
Andromedæ & Arphaxarei ab Arphaxat rege, ut scribit Josephus

Bacchus.

Bacchus Jovis & Semeles filius
Liber, Lenæus pater, quia mentem lenit. Semeles puer, Horat.
Semelia proles, Ovid. Lyæus, Iacchus, Evan. Bromius, Ignigena. Bimater, Dionysius, Iterum satus, Bis satus, Nysæus, Tyoneus, Nictelæus, Genialis, Consitor uvæ; Indetonsus: Eleleus parens, Bassaræus, Racemifer, Proles Semeleia, Thirsiger

Bacchæ.

Bacchæ, Bacchides, mulieres Bacchi sacerdotes, Sacrificulæ furentes, fanaticæ Evantis sorores, Vide Mænades

Baleares.

Baleares, Gymnesiæ, Insulæ duæ in mari Hispanico, Majorica & Minorica
Barchimone, nunc depravata voce, Barsilona, vulgo dicitur

Batavia.

Batavia, quæ & Bethasia. Hinc Batavi, Bethasii qui Hollandi vulgo creduntur

Belgæ.

Belgæ, Belgici, Galliæ Belgicæ populi Germanis vicini

Bellona.

Bellona Martis soror, Dea Bellialio nomine Enyo, & Pallas, dis, quòd Pallantem gigantem interfecerit
Bellica Virgo
Tritonis à Tritone palude Minervæ quod vim minetur
Metuenda virago Bellatrix Bellipotens, & Belligera dea, Bellicosa Tritonia, Armisona, Armipotens

Bithynia.

Bithynia regio Asiæ minoris à Bithyno rege sic dicta, primum Bebrycia, postea Mygdonia á Mygdonio rege, Ovid. Nunc quoque Mygdonia flebilis astat homo. Claud. Thyni Thraces erant quæ nunc Bithynia fertur, Salust. Majorem Phrygiam dicit vocatam & a Turcis ex Tartaria venientibus occupatam

Bithyni.

Bithyni, Bithynici, Mygdonii, Bebryaci & Bebryces penultima indifferenti

Biturici & Bituriges.

Biturici & Bituriges populi Galliæ Aquitanicæ, qui teste Plinio etiam Cubi dicuntur, Luc. Et Biturix longisque leves Axones in arvis

Bizantium

Bizantium.

Bizantium, Ligos olim, Plin. lib. 4. In quo oppidum Bizantium libera conditionis, antea Ligos dictum, nunc Constantinopolis, olim nova Roma, Ethusa, Antonia, Urbs Bizantia à Mant.

Bizantii, Bizantini, Constantinopolitani

Bœotia.

Bœotia, Βοιωτία, Græciæ regio, Ogygia dicta ab antiquissimo rege

Ogyge Cadmeis, ut scribit Thucidides, ac Hiantis Aonia prius & Mesapia dicta authore Stephano

Bœotii.

Bœotii, aliter Bœoti Luc. lib. 3. Bœoti coiere duces

Phocæ, Phociaci à Phocide propinqua regione

Hyanthæi à vetustis Bœotiæ populis. Stat. lib. 1. Theb. Exul Hyanthæos invenit regna per agros. Ovid. lib. 5. Meta. Ponte Meduseo, & Hyanthæa Aganippe, Teumesii à Teumeso Bœotiæ monte, Statius, lib. 2. The. Non alias tacita juvenis Teumesius iras Mente acuit. Thespiaci à Thespiis oppido Bœotiæ ad radicem Parnassi Stat. lib. 2. Syl. Centum Thespiacis odora lucis Stent altaria

Helyconii ab Helycone monte Bœotiæ Musis sacro, Statius, lib. 7. Horrent Tyrrhenos Heliconi plectra tumultus

Cyrrhæi à Cyrrha oppido Phocidis, Idem Statius lib. 7. Mœnia Cyrrhæa monstravit Apollo juvenca

Hippocrinisati ab Hippocrene fonte, vocabulum est Sidonii Apollinaris

Aganippæi, ab Aganippe fonte ejusdem loci Musis sacro.

Aonii & Aonidæ, quoniam Aonia pars est Bœotiæ montuosa

Castalii à fonte Castalio

Bononia.

Bononia Hetruriæ Colonia, mater studiorum. Felcina prius dicta urbs Felsina, Mantuanus. Felsinea tamen urbe senex donatus adibat

Boreas.

Boreas, vide Aquilo

Brabantia.

Brabantia teste Blondo Austrasia inferior olim vocabatur. Hinc Brabanti, Brabantini, Brabantinici, Brabantigenæ quos Advaticos Cæsar vocat in commentariis

Briareus.

Briareus seu Ægeon gigas fuit centenis manibus

Buscumducis.

Sylva ducis

Ducatia sylva, nunc Buscunducis

Hinc cenominativa Buscducensis

Buschius Boschius, Nemius à nemore, & à silva Silvius, quod Latinorum regum fuit cognomentum

Sylva ducensis, apud Eras.

C

Cadmus.

Cadmus rex Phœnicum & filius Agenoris. Characteres 16. literarum invenit teste Plinio. Agenorides Ovid. Sydonius hospes. Agenore natus. Antonius heros

Caletum, Calleficum; Gessoriarum Cales

Calabria.

Calabria olim Iapygia, Messpia, Salentina

Calisto.

Calisto Licaonis regis filia quæ à Jove compressa gravidaque effecta Arcadem filium in sylvis peperit à quo postea Arcadia dicta est Elice, Perrhasis, Ursa major, Nonacrina virgo, Lycoanias

Camenæ, vide *Musæ.*

Canopus.

Canopus urbs Ægypti, nunc Damiata

Capitolium.

Capitolium, κεφαλὴ, Mons Tarpeius, Arx vel rupes Tarpeia, Templum Julium, Saxum Trapeium

Cappadocia.

Cappadocia, Pontica regio, prius dicta Leucosyria, hinc Cappadoces
Cappadoci & Leucosyrii

Carteia.

Carteia, cujus frequens mentio apud Cæsarem & Oppium de bello Hispaniensi; oppidum est Hispaniæ alio Nomine Tartesius seu Cartesius. Græ. Cartesios dicitur

Carthaginenses.

Carthaginenses vocantur Tyrii à Tyriis Colonis, quos illuc adduxit Dido post Sichæi mortem. Vir. Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni, Carthago
Carchedonii, Cadmæi, quoniam Tyrii & Phœnices descenderant à Cadmo Syl. lib. 1. Sacri quum perfida pacti Gens Cadmæa super regno certamina novit
Asdrubaliani ab Asdrubale, duce, verbum est Sidonii
Elisæi ab Elisa Didone
Byrsici, quoniam Carthago prius dicebatur Byrsa a corio: Sido Speruis Elisæ Byrsica tecta domus. Pœni, Punici, Aphri, Aphricí

Carthago.

Carthago ipsa vocatur Byrsa & Charchedon Syl. lib. 2. Quis procul à Tyria dominos depellere Byrsa Virg. lib. 1. Æneï. Mercatique solum facti de nomine Byrsam, Claud. in Eutro. Bacchatus per opera tremor Carchedona novit
Καρχηδὼν Cadmæa

Cassandra.

Cassandra Priami ex Hecuba filia, vates ab Apolline facta, sed quoniam promissis non stetit, iratus deus fecit ut illius vaticiniis nulla fides adhiberetur. Brisеis & Lyrnesia virgo nuncupata

Castor.

Castor & pollux Jovis & Ledæ filii, Ledæi dii
Tindarei, Amyclæi fratres
Dioscori διόσκοροι, i. Jovis pueri vocantur, Helenæ fratres
Oebalidæ gemini, Stat. Ambiguo visus errore lacessunt Oebalidæ gemini
Tyndaridæ, Tyndari, Cygnigenæ
Therapnæi, Oebalii fratres. Statius. Oebalii fratres pontúsque polusque serenus, Sydus Amiclæum

Centauri.

Centauri, Lapithæ, semiviri, semihomines, semimares, nubigenæ, Ixionides, Ixione nati, Bimembres

Cerberus.

Cerberus janitor inferni, monstrum triforme, Triceps, Trifaux, tergeminus, inferus canis Echydnæus, Stygius rabidus
Lachryosæ janitor aulæ
Tartareus custos
Janitor Orci, apud Virg.
Triforme monstrum
Ditis avernalis canis insomnis, impavidus, pervigil.
Multiceps Bellua
Corripit objectam Custos Plutonius offam

Ceres.

Ceres, dea frugum, Saturni & Opis habebatur filia, Alumna terrarum, Demeter δημήτηρ dicta quasi gemeter. i. e. terræ mater ac Eleusina mater, spicifica, munifica, fœcunda, flava, Tesmophora, Ops Cybele Saturni conjux. Berecynthia, Bona dea Cypria, Cyprigena, Cithera, Acidalia, Paphia, Dionea
Ceres Alma, apud Virg. ab alendo quòd nos alat
Ovid. Et frugum genetrix immensos sistе labores

Chalcis.

Chalcis

Chalcis, Nigropontus, Euboea, nunc Nigroponte vocatur mercatoribus, Hinc Chalcidici, Euboici

Chalicut.

Chalicut ab allis Calecutium & Calocuta, Indiæ Emporium celeberrimum

Charon.

Charon fingitur Erebi & noctis filius

Acherontis nauta, trientis animas transvehens ad inferos, Virg. 6. Portitor ille Charon hi quos vehit unda sepulti

Stygius senex, squalidus, tristis

Aterq; paludis navita Tartareæ

Omnes expectat avarus portitor

Cares aliter Bubasii, & mulieres

Bubasides, Ovid. lib. 9. Bubasides videre nurus. Et Mausoli à Mausolo rege Cariæ prius dicti Leliges

Chiron.

Chiron Saturni & Philiræ filius, dimidia sui parte equus, reliqua homo, unde Centaurus dictus Phillyrides, Phillerius heros Semivir, Monstrum biforme, Sagittarius, Æmonius arcus

Christus.

Christus, id est, unctus Messias, Messiah Hebræis Verbigena, Unigena

Soter σωτηρ i. Salvator seu Servator, Salutifer, Archiater, ἀρχίατρος

Medicorum princeps à D. Hieron. dictus

Ἀλεξίκακος malo quæque pellens. Huic nos nomina dedimus Christiani Christicolæ, Christiades, Christigenæ

Cicero.

Cicero parens eloquentiæ, & ut Catullus scribit, disertissimus Romuli nepotum, Pater eloquii, pater patriæ Juve. Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit. Et eloquium Arpinatis, id est Ciceronianum Eloquiis damus Arpinatibus aurum

Circe.

Circe Solis & Persæ nymphæ filia, veneficiorum peritissima, Phasis idos, Titanis idos dicta

Clivia.

Clivia, Clevania

Colonienses.

Colonienses, Agrippinates ubivii

Constantinople, v. Byzantium.

Corcyra.

Corcyra, med. prod. Græcè Cercyra, Κέρκυρα, Insula mari Adriatico vicina. prius Melena dicta & Drepane à Cerere

Item Macris, à Macride & Scheria nec non Phæacia, nunc Cerpheu vel Corfumum vocatur, sub Venetorum ditione

Corinthi.

Corinthii vocantur Corinthæi & Corinthiaci, Ovid. lib. 15. Jamque Corinthiaci cernebam litora ponti

Cypseli à Cypselo Ixionis filio. Vir. in Cyr. Cypselide magni florentia regna Corinthi

Ephyræi & Ephyræii, quoniam Corinthus prius vocabatur Ephyre, Luc. lib. 9. Insedit castris, Ephyreaque mœnia servat

Isthmiaci & Isthumii ab Isthmo terra angusta prope Corinthum quæ separat Ægæum mare ab Ionio, Stat. lib. 2. Syl. Talis in Isthmiacos ploratus ab æquore portus

Cenchrei à Cenchri portu, Stat. lib. 4. Thb. Ite comes, Inoas Ephyre solata querelas Cenchre ad manus

Cretenses.

Cretes, Cretenses aliter dicuntur

Cretei virg. lib. 3. Æneid. Tertia lux classem Cretes fistit in oris

Cressii. Idem lib. 4. Quam procul incauta nemora inter Cressia fixit Pastor, agens telis

Cressi: Idem lib. 5. Cressi genus phola

Gnoſii à Gnoſo urbe Cretæ, Virg. lib. 6. Æn. Gnoſius hæc Rhadamanthus habet duriſſima regna. Gnoſiaci, Ovid. 8. Gnoſiacæque heret comes invidioſa carinæ

Dictæi à Dicte urbe Cretæ Virg. lib. 3. Æne. Dictæa negat tibi Jupiter arva

Lictii à Licto urbe Cretæ, Virg. lib. 3. Æneid. & Salentinos obſedit milite campos Lictius Idomeneus Cydonæi, Cydonii, Cydones, Cydoniaci, a Cydone, urbe Cretæ, Ovid. lib. 8. Armàque equoſque habituſque Cydoneaſque pharetras, Stat. lib. 4. Theb, Terga Cydoniaca Corythos arundine pulſat

Ariadnei ab Ariadne Minoi filia

Minoii a Minoe rege, Ovid. in Epiſt.

Phedræ. En. ego nunc neſcio parum Minoia credat

Androgeonei ab Androgeo filio Minois

Gortynii & Gortyniaci à Gortyna urbe, Stat. lib. 4. Theb. Arbiter hos dura verſa Gortynius urna

Dories, Δωριεῖς, Dorii & Dorienſes, quoniam tempore belli Trojani Dorici venerunt in Cretam duce Althemene. ibique decem urbes condiderunt

Creta.

Creta vel Crete, æ, Inſula quæ hodie Candia appellatur, eſt ſub Venetorum ditione, centum urbibus olim clara fuit, unde Græcis vocabatur ἑκατόμπολις Mant. urbibus inclyta centum Creta ideo dicta à Graiis Hecatompolis olim. Vocatur quoque Terra Curetis à Curetibus qui in ea habitarunt: Ovid. lib. 8. Ut egreſſus ratibus Curetida terram contigit. Gnoſia, Gnoſiaca, Rhea Dictæa, Minoia, Actæa, Cydoneia, Gortyniaca tellus

Terra Gortynia, vocatur etiam Aëria & Macaros Plin. lib. 4. Malcotes Crates primum Aëriam dictam, dein poſteriores Curetim appellavere. Et Macaron nonnulli à temperie cæli appellatam exiſtimavere

Cupido.

Cupido deus amoris, Puer pharetratus Cæcus amor. Ignis indomitus, Cypria proles, Veneris natus. Altus deus, Cæcus, Alipes

Cumani.

Cumani aliter Cumæi κυμαῖοι, a Cuma oppido Italiæ juxta Neapolim

Cybele.

Cybele, Cœli & terræ filia, Saturni uxor, aliter vocatur Ops, Dyndimene, Bericynthia, Pales, Corſica, Cyros, Plin. in mari Lyguſtico, eſt Corſica quam Græci Cyrnon appellavere

Carmenta & carmentis Nicoſtrata Proprie

Cyprus.

Cyprus, Inſula à Cypro filia Cyniræ ſic dicta, Tellus Veneris quoque appellata, Man. Et Veneris tellus pulcherrima Cypros

Ceraſtios & Ceraſtias, à multis promontoriis vocabatur prius, ac Amaruſia

Specea quoque & Armantis authore

Strabone, ab Armante monte Cypri

D

Dacia.

Dacia, Δακία, Valachia, nunc Blachia vocatur, Hinc populi Daci & Dacæ

Dalmatæ.

Dalmatæ, Dalmatici, Liburni, Illyrii, v. Illyrici.

Danubius.

Danubius, Iſter, Aduba-nus prius dictus & Mento

Daphne.

Daphne Penei fluvii filia, quæ eum vim Apollinis non poſſet effugere, implorato paterno nomine converſa eſt in Laurum

Laurum. Dicitur Peneis, Peneia virgo.

David.

David, Psaltes sacer, regius, ac egregius, Vates, propheta regius, sanctissimus, Psalmographus, ψαλμόγραφος
Vaticinus rex, Psalmicen sanctus. Cui prima inter fatidicos est gloria Vates. Psalmicus cantor, Filius Isai quem Græci Jessæ vocant, hinc Jessæa soboles

Delos.

Delos Cycladum omnium clarissima, in qua Latona Apollinem & Dianam dicitur esse enixa, appellata est
Ortygia, à multitudine Coturnicum. Virg. lib. 2. Æneid. Linquimus Ortygiæ portus. Astria, Cynthia, Lagia, Chamydia, Cynethus, & Pyrpile ab igne ibi reperto. Delphica tellus, Phœbi patria

Demophoon.

Demophoon Thesides & Thesei filius dictus, fuit rex Athenarum

Deus.

Deus, θεός
Numen divinum
Spiritus divinus, Supremus Deus
Mundi rector, creator, fabricator, κοσμικεάτωρ, summi Domini numen, θεῖον τὶ
Divinitas mundi moderatrix, τὸ θεῖον, θεότης
Omnipotens, παντοκράτωρ
Victor lethi, id est, mortis
Verè optimus maximúsque
Κρήτωρ, ἄριστος καὶ μέγιστος quæ Gentilitas Jovi falso tribuit
Divum atque hominum rex
Maximus cœlicolum
Cœli terræque rex
Princeps generis humani
Verè Panomphæus, παντομφαῖος
Omnium voce colendus, celebrandus, μέγιστος ἀρχέφρων, summus, divinus, divus, cœlestis, immortalis, infinitus, æternus, salutifer, sempiternus, inaccessus
Empyræus, omnisator, altitonans
Astripotens, apud Mart.
Καρδιογνώστης, Scrutator cordium inspector pectorum
Δοτὴρ ἐάων, Largitor bonorum munificentissimus
Vindex quoque scelerum & contumaciæ

Dialectica, vide Logica.

Diana.

Diana, Venationis & Sylvarum dea. Phœbi soror
Custos, cultrix nemorum, Delia, Latois, Latonia, Trivia, Virgo. Astrorum decus nemorum Latonia conjux, Phœbe
Latonigena, Cynthia
Thoantæa dea apud Ov.
Virgo potens nemorum casta, innupta Pharetrata, noctivaga, solticola, vide Proserpina
Studiosa pharetræ, Jaculatrix, venatrix, arcitenens

Dido.

Dido lingua Phœnicum viraginem sonat, quod se in ignem præcipitando virile quid fecerit
Elisa dicta, & Phœnissa
Agenoris, Agenore nata, Sydonis Tyria, Sichæi conjux

Diomedes.

Diomedes Tydei filius, Græcorum fortissimus, Ætolizque rex
Oenides. Ovidio dicitur
Tydides Virgilio
Ætolius. Calidonius heros, apud Stat. vide Tydeus

Divini.

Divini, Divinaculi, Arioli
Afflati, ἔνθεοι
Vates, μάντις
Vaticinantes, Fatidici, Magi
Extispices Aruspices
Auspices, Augures
Geomantes, Pyromantes
Axiomantes, Divinatores
Futurorum præscii
Ἐξαστερίμανθοι ἐξαστερόπαι
Pythonistæ, Pythonici, quasi Apolline pleni, i. e. qui instinctu dæmonis futura conjectant. Lesbius pryllis, Curetumos, proverb.

Dryades.

Dryades Nymphæ sylvarum Præsides, Hamadryades

Dyrrachium.

Dyrrachium, Epidamnum Plin.

Epidamnum colonia, propter inauſpicatum nomen à Romanis, Dyrrachium appellata

E

Echo.

Echo, Vox reſona. Nympha vocalis

Edeſſa.

Edeſſa quæ nunc regio Medorum in hiſtoria Tobiæ vocatur

Eduenſes.

Eduenſes Edui, Auguſtudinenſes, Galliæ populi

Emaus.

Emaus triſſyllabum. Judeæ urbs, alio nomine Nicopolis, Caſtellum ubi Chriſtus cognitus eſt in fractione panis

Epirus.

Epirus, ἤπειρος, ſonat terram firmam, ſeu Continentem à regio quæ prius Moloſſa dicta, hodie cum maxima Macedoniæ parte vocatur Albania, à Chaone Heleni fratre Chaonia, Chaonis terra prius dicta

Hinc Epirotæ, Epirotici, Leucadii, à Lucade promontorio:

Actii & Actiaci, ab Actio oppido

Phocæi, Phochaici, Chaonii, Dodonigenæ, à Dodona urbe Chaoniæ

Moloſſi Pyrrhidæ, quod in ea Pyrrhus olim regnavit

Epicurus.

Epicurus Athenienſis Philoſophus

Neoclides à Neocle patre, Senex Ceropius, Carterius apud Mart. & Stat.

Equus.

Equus Trojanus, Equus fatalis Duratheus, Dardanius, Epæi machina

Eridanus.

Eridanus fluvius Italiæ fœcundus & nobilis, Padus aliter dictus

Parens, princeps fluminum, Virgilius, fluviorum rex Eridanus

Erigone.

Erigone, Icarii filia Icaris Marathonia virgo.

Ero.

Ero puella formoſiſſima fuit ex Seſto Thraciæ urbe, Veneris ſacerdos, Seſtâ puella dicta ab ortu loci

Eſau.

Eſau diſſyl. vel in carmine triſſyl. alias Edom & Seir

Evander.

Evander, Mercurii filius, Nonacrieus, ſeu Pallantius heros, Ovid.

Euboia.

Euboia inſula, ſive Eubœa, inſula in mari Ægæo oblonga, ideòque Macris dicta

Terra aut ora Eubois: Statius in Achill. Quatitur navalibus ora Eubois. Vide Chalcis, quæ Eubœa urbs, olim etiam Eubœa vocabatur. Hinc Euboici, Capharæi, Abantii. Tanagræi à Tanagro Euboiæ civitate. Stat. lib. 9. Prima Tanagræum turbavit arundo Coræbum

Eumenides.

Eumenides furiæ infernales, Acherontis natæ. Nocte genitæ. Viperæ ſorores. Anguicomæ ſorores. Pœnatum deæ triplices, Quarum nomina ſunt Alecto, Tyſiphone, megæra.

Eupatoria.

Eupatoria Paphlagoniæ civitas, Pompeiopolis jam dicitur

Europa.

Europa tertia pars orbis, ita dicta ab Europa Agenoris, Phœnicum regis filia, Agenore nata

F

Februarius.

Februarius menſis extremus anni, ut Cicero ſcribit, quod extremo anni menſe populus februaretur, id eſt, purgaretur

Dicpæ-

Φιλυάρης & ἱλαιοβολίων, Græce.

Flandri.

Flandri, Flandricolæ quos vulgo Flamingos vocant
Nervii unde imprasentiarum nomen civitatis Aldenardiæ manet
Morini quoque dicuntur licet propriè Terwanenses sint in finibus
Galliæ Belgicæ versus occidentem, Virg. Extremique hominum Morini

Florum dea.

Flora. Chloris, Zephiritis, Dea florum, uxor Zephiri

Fontes.

Fontes & Fluvii Musis sacri. Caballinus fons, Pegaseus fons, Medusæus fons, Aganippe, Hippocrene. Liberthreus fons. Pimpleius fons. Phocidos lacus, permessus Fluvius, Chephisi vada. Eurotas

Furiæ infernales.

Furiæ Infernales
Furiæ flammiferæ
Eumenides Stygiæ
Erynnes sive Erynnies anguibus implicitæ
Numina malefica
Orci satellitium. Alastores.
Sorores anguicomæ, furentes.

G

Galli.

Galli, Gallicani, Galligenæ Gallatæ, Sequanici, Sequanidæ, Franci, Francigenæ, Liligeri.

Ganimedes.

Ganimedes, Troius filius formosissimus puer fuit, quem quum Jupiter deperiret, in cœlum ab Aquila portari jussit, & sibi à calliculis esse. Puer Phrygius, Idæus, &. Pincerna Jovis.

Garamantes.

Garamantes, γαράμαντες, Caramantici Libyæ populi, matrimoniorum ex pertes
Arenavagi, à Man. vocantur
Sati Ammone, id est, Jove.
Nigri, perusti, inculti.

Geldri.

Geldri, Geldrii, Menapii, Geldrenses.

Genuenses.

Genuenses ac Genuani, γενουάτοι Ligures Liguslici & Liguslii. Sidonius, Qui Liguslis Euganeisq; montibus oriebantur, Assueti malo laborique Ligures.

Gigantes.

Gigantes, fratres Phlegræi, à Phlegra loco Thessaliæ, in qua Gigantes à Jove fulmine percussi
Titanes, Titanii, id est. Titani & Terræ filii gigantes omnes impii. Anguipedes, Serpentigeri, Ætnæi fratres. Centimani Mart. Dii veteres qui Centimanos vicêre gigantes
Ventrimani, Theomachi apud eundem. Josephus & D. August. scribunt Giganles ex dæmonibus incubis progenitos, quos Terræ filios vocat Moses.

Glaucus.

Glaucus, Deus marinus maris numen, Minois filius, hinc dictus Minous, Biformis. Dictæus, Porniades & Porniæus.

Gorgon.

Gorgon, Medusa, Phorcynis, terrifica, anguicoma Serpentiferum monstrum

Græci.

Græci, Graii
Mendaciorum parentes Crinito vocantur. Grajugenæ
Argæi: Virgilius in opusculis: Septima jam Argæis stabulis impensa laboris
Argivi, Argolici, Dorii
Dorci, Dorienses, Pelasgi
Pelopæi & Pelopidæ a Pelope filio Tantali. Virgilius lib. 2. Æneid Ultra Asiam magnam Pelopæa ad mœnia bello Venturam. Stat. lib 10. Ad patrias fusæ Pelopeides aras
Hellenes, Ἕλληνες
Achillæ & Achilidæ ab Achille
Argolæ, apud Euripidem
Achæi, Achivi, Achalci, Inachi, Inachii, Inachidæ, ab Inacho Argivorum

vorum rege; patre Isidis, Ovid. li. 5. Fast. Littus ad Inachium pulvis inanis eam, Stat. lib. 1. Theb. Qua nostræ cecidere animæ stupet Inachi pubes Idem lib. 5. Lectique potentes Inachidæ.

Agamemnonii, Agamemnonidæ ab Agamemnone, Virg. lib. 6. Æneid.

At Danaum proceres Agamemnoniæque phalanges

Acrisionei ab Acrisio rege Argivorum Abantis filio, Ovid. lib. 5. Me. Achrisioneas Prætus possederat arces

Abantæi, & Abantiadæ ab Abante Argivorum rege patre Acrisii. Ovid. lib. 15 Nuper Abantæis templo Junonis in Argis

Thyæstei à Thyeste filio Pelopis

Mycenæi à Mycenis urbe, Ovid. in Epist. Briseidis. Nulla Mycenæum sociasse cubilla mecum juro

Menelaæi à Menelao filio Atrei. Phoronidæ & Phoronæi a Phoronio Inachi filio & Argivorum rege

Persæi è Perseo Acrisii nepote. Stat. l. 1. Theb. Perseus alter in agros

Scinditur. Danai Danaæi Idem, Tunc sedet Inachias urbes Danaæaque regna

Dolopeï à Dolopibus Græciæ populis. Valer. Flac. Vidisse putant Dolopeïaque busta.

Iasidæ ab Iasio filio Abantis Argivorum regis

Tantalidæ à Tantalo.

Græcia.

Græcia appellata à Græco qui in ea regnavit primus, à cujus filia vocata est Atris: dein ab Helene Deucalionis filia dicta fuit Hellas ἓλλας

Achaia, Pelasgia, Dulichia pro Græcia ponuntur & usurpantur Docta, solers, fallax, vana, mendax, Juvenal. Et quicquid Græcia mendax Audet in historia.

Grammatica.

Grammatica, Ars Palemonis sive Palemonia. Juven. in Sat. Odi hanc ego quæ reperit volvitque Palemonis artem.

Gratiæ.

Gratiæ, Charites, χάριτες, tres Jovis filiæ suaves, blandæ, blandientes, elegantes, Acidaliæ sorores.

Orchomeni deæ triplices, vocantur autem Agla, Thalia, Pasithæa vel Euphrosyne.

Grues.

Grues, γέρανοι. Palamedis aves apud Mart. Aves Bistoniæ, Strimoniæ, Threiciæ.

Nauplidæ volucres apud Polit. altivolantes, a ἔρεα, querulæ. Vipiones sunt grues minores.

H

Harpiæ.

Harpix rapaces dæmones dicuntur autem fuisse Neptuni & Terræ filiæ ac in Insulis habitare, Virgilius tres esse dicit, Aëllo, Ocypete & Celæno.

Hector.

Hector, Trojanorum fortissimus, Priami filius, Priamides inclytus, impiger, belliger, actor, animosus.

Hecuba.

Hecuba Priami regis uxor Priamela conjux, apud Ovid.

Cisseis vocatur Virgilio lib 7. Cisseis prægnans ignes enixa jugales.

Helena.

Helena, Tyndari regis Laconiæ & Ledæ filia, tantæ venustatis, ut fuerit admirationi cunctis, teste Demetrio Mosco

Tyndaris Virgilio dicitur, Oebalis, Oebalia pellex Ovidio vocatur, ac Menelais, utpote Menelai uxor, Lacedemonia, Ledæa formosa, candida, bis rapta.

Helle.

Helle, es, filia Athamantis regis Thebarion. Nephelis Athemantias.

Heraclea.

Heraclea Bosphorana civitas olim vocabatur Perinthus, Mant. quæ magna Perinthus, Ancæ fuit, priscum mutavit.

Her-

Heraclea nomen. Nunc Carpe.

Hercules.

Hercules, ἡρακλῆς dicitur quoque Alcides, à bellica virtute, & Amphitrioniades, quoniam credebatur filius Amphitryonis, & Amphitryonius puer, apud Mant.

Almena matre creatus, Ovid.

Monstrorum, ferarum domitor

Claviger gygas, Heros Thebanus

Dictus Tyrinthius ab urbe vetusta Achaiæ.

Cleonæus à loco ubi leonem interfecit, Lucanus. Ille Cleonæi projecit terga leonis. Proles Jovis

Octæus, οἰταῖος, ab Oëta monte inter Thessaliam & Macedon. Signum quoque cœleste Hercules quod Engonatis vocatur, Latine Ingeniculus, Indonatus, Invictus.

Hesiodus.

Hesiodus ex Asia Bœotiæ vico oriundus. Hinc dictus Astræus senex, Virg.

Ascræus, Bœotius, Heliconius vates, Politia. At tibi Dædalios monitus Helliconie vates. Præceptor arandi, Ovid.

Hetruria.

Hetruria, alio nomine Thuscia & Herrusia ac Tyrrhenia. Umbra quoque Thusciæ pars. Hinc Umbri & Umbrii, Thusci, Etrusci, ac Tyrreni.

Hippodamia.

Hippodamia, Briſæ filia ex oppido Lyrnesio, Briseis & Lyrnesia virgo dicta

Hippolitus.

Hippolitus cœlibem docens vitam, mulieres constanti animo spernebat. Thesei & Hippolitæ Amazonis fuit filius, Theseide & Theseius heros dictus.

Hispalis.

Hispalis Beticæ Hispaniæ urbs clarissima, cognominata Romulea, ob amicitiæ fœdera cum Romanis, Sibilia nunc vulgo dicitur.

Hispania.

Hispania, ἰσπανία & ἐσπερία cujus meminit D. Paulus c. 15. ad Rom. primum dicta Iberia, ἴβηρία ab Iberio fluvio, dein Hesperia ultima ab Hespero Atlantis fratre, postremo ab Hispali Hispania, quæ quoque Tarteſſia tellus dicitur.

Hispani.

Hispani, Iberii, Iberiaci, Virg. Tyrrhenóq; boves in flumine lavit Iberos

Beticolæ & Betigenæ, Sylius, lib. 8. Beticulaſq; viros spatiis agitabat iniquis

Hesperii, Tarteſſii & Tarteſſiaci à Tarteſſo urbe Gadibus vicina.

Homerus.

Homerus Græcorum Poëtarum maximus prius dictus Meleſigenes, deinde à cæcitate Homerus ὁμηρος quod cæcum sonat lingua Ionica. Aliter dicitur Mœonides, Mœonius vates

Homerus quoque dictus Colophoniacus & Colophonius ab urbe Mœoniæ Colophone unde originem traxit. Bappius, & Colophoniaco junctus Maro fulget Homero.

Horatius.

Horatius ab ornando sic dictus, aliter Flaccus à pendulis auribus, Venusinus poëta.

Hungari.

Hungari qui modo, Huni seu Hunni Scythiæ populi olim vocabantur Claud. Nam parat insidias qui nos aut turpibus Hunnis.

Pannonii quoque dicuntur, Strat.

Pannoniusque ferox

Pannois, idos, apud Luca. Idem quod Hungarus, Græci πανόνας Hungaros vocant.

Hyades.

Hyades, ὑάδες, quæ & Suculæ ac Atlantides dicuntur septem stellæ in cornibus & ore Tauri, quæ quoties nascuntur

tur vel occidunt, pluvias creant, Tristes, Imbriferi.

Hypermnestra.

Hypermnestra. Una fuit ex quinquaginta Danai filiabus, quæ (quum fratres omnes maritos suos nocte interfeciſſent jussu patris) sola maritum suum Lynceum nomine ab insidiis liberavit, Danais, & Danai filia appellata.

Hyrcani.

Hyrcani, Caspii, Asiatici, populi juxta Mare Caspium.

I

Janus.

Janus bifrons, insomnis, pervigil.

Jason.

Jason, filius fuit Æsonis hinc dictus
Æsonides, Ovid. Æsonidem mutasse velim quo conjuge fœlix
Æsone natus, Pegasius heros
Æmonius seu Æsonius juvenis, utrumq. apud Ov.
Jolciacus heros
Superbus, periurus, prædo efferus.

Jazyges.

Jazyges Septem castrenses.

Icarus.

Icarus, Ἴκαρος, Dædali filius
Dædalides, Dedaleus puer
Glarea, Implumisque volucer, Dedaleúsque puer, audax, temerarius
Stephano authore, Insula vocatur. Icaris, quæ prius vocabatur Macris

Icaria.

Icaria insula in mari Icario, Doliche, Ichthyoessa, nunc Nicaria, una Cycladum

Jerusalem.

Jerusalem, Hierosolyma Solymæ, & a Melchisedech constructa Salem, Jebus prius dicta
Elia quoque vocata ab Elio Adriano reparatore, & Zion a monte in quo arx David annexa Hierusalem.
Hinc Hierosolymæ, Jerosolymitani, Solymi, Gens Solymæ.

Jesus.

Jesus, Salvator, Servator, Soter. σωτὴρ à σώζειν salvare, hinc dictus est Christus quod cunctis salutifer venit. Qui per aspirationem scribunt, Iheſus, bene scribunt: est enim dicto Hebraica, non Græca ex Jod, He, Vau, He, tetragrammaton, & ineffabile, pro quo semper Adonai pronunciant Hebræi. Porro Græcis Ἰησοῦς, trisyllabon est
Nazarænus dictus ab oppido Nazareth in quo habitavit, & sonat, Consecratum.
Vide Christus, & Deus

Illyrici.

Illyrici, Illyrii, Taulantii: Sillius, lib. 15. Quaque per Illyricum Taulantive incola littus
Dalmati, Sclavi, Selavones Dalmatici, Liburni.

Illyria.

Illyria, Ἰλλυρίς, Illyris & Illyrium Liburnia, Dalmatia, nunc Sclavonia.

Inarime.

Inarime, Ænaria, Pythecusa, authore Plin. Ænaria, à statione navium Æneæ. Hodie vocatur Ischia.

Indi.

Indi, Indici, Gangetici, quod prope Gangem habitant: Lucan lib. 4. Et quas sentit Arabs, & quas Gangetica tellus. Dicuntur etiam Nysæi a Nysa urbe Indiæ, & Hydaspæi ab Hydaspe, Sydoni. Frangat Hydaspæas arenas impactus Erythras
Ardentes, Sitientes, colorati, fusci, nigri, Eoi dicti.

India.

India, ab Indo fluvio nomen habet, maxima orientalis regio, Asiæ terminus
Terra Gangetis, Gangetica
Terra Euphratis.

Inferna.

Infernus.

Infernus, Avernus
Erebus, Tartarus
Plutonius, Cocytius, Acherusius, Phlegetontius, Styglus, Acherontæus, Lethæus, Ocrius lacus, fluvius, amnis
Gehenna, Græci scribunt sine aspiratione mediam
Orcus, Orcæ Charybdis
Stygia palus
Inferus, profundus, imus, mœstus, tristis, ater, piceus, opacus, horridus, avarus
Avernalis amnis
Infernalis, Tartareus, Herebeus. Reliqua pete ex priore parte Synonymorum, *Hell.*
Infernii judices
Æacus, Radamanthus, Minos.

Ino.

Ino, filia Cadmi
Cadmeia proles
Nutrix & matertera Bacchi, Ovid.

Insubria.

Insubria, regio Cisalpina quæ Togata quoque dicitur, nunc vero à Longobardis qui ducentis eam annis occuparunt Lombardia vocatur, cujus Metropolis est Mediolanum. Hinc Insubres, *ἰνσυβρες*, populi Cisalpinæ Galliæ.

Io.

Io, Inachi fluvii filia: Inachis, Inachia proles, Phoronis, idos
Bos pellex.

Joppe.

Joppe, *ἰοππη*, urbs Palestinæ maritimæ, D. Petri miraculo clara, omnium civitatum antiquissima, utpote ante diluvium condita, teste Plin. Nunc vocatur Japhe portus peregrinorum à Japhet filio Nohæ.

Joseph.

Joseph, Vir Mariæ virginis ut est apud Mattheum in genealogia Salvatoris
Nutricius Domini
Fatidicus Juvenis, Mant.
Mult plices casus & longa pericula cernat Fatidici juvenis. Cananæus, Castus, formosus.

Iphigenia.

Iphigenia, Iphianassa: Lucretius Iphianassæo turparunt sanguine Fœdæ
Mycenis, Ovid. vocatur liber 12. Metamorphosios
Agamemnonia puella, Propert
Pelopeia virgo.

Iris.

Iris, *ἰρις*, Arcus cœlestis
Junonis nuncia
Pluvius describitur arcus, apud Hor. multicolor, purpureus, nubilus, nimbosus. Imbrifer, arcus discolor, picturatus, aquosus
Thaumantias, Thaumantis proles
Thaumantica virgo.

Ismaelitæ.

Ismaelitæ, ab Ismaele filio Agar, ancillæ Abrahæ, quos Moyses Madianitas vocat, Euseb. Agarenos seu Saracenos.

Ister Scythiæ fluvius, vide *Danubius.*

Italia.

Italia, Hesperia major ab Hespero Atlantis fratre
Oenotria ab Oenotro rege Sabinorum, Virg. est locus, Hesperiam Graiâ cognomine dicunt, Oenotrii coluere viri, nunc fama minores Italiam dixisse, ducis de nomine gentem, Idem. Hinc Italæ gentes, omnisque Oenotria tellus In dubiis responsa ferunt
Latium, quod ibidem Saturnus latuerit: Virg. lib. 8. Latiúmque vocari Maluit, bis quoniam latuisset tutus in oris
Saturnia à Saturno, Ovid. lib. 1. Fast. Inde diu genti mansit Saturnia nomen
Terra Ausonis & Ausoniæ ab Ausonio Ulyssis filio: Ovid. lib. 2. Fast Captaque erat Lyricis Ausonis ora sonis
Itala terra, seu ora Italiæ, Ovid. l. 2. de Ponto Mœstisque cadentes
Excepit lacrymas Italiæ ora genis
Ausonium solum
Romana, Romula, Itala tellus
Magna Græcia Italiæ pars.

à Tarento usque ad Cumas olim vocabatur, Ovid. in Fast. Itala nam tellus Græcia major erat.

Terrarum alumna, Urbibus frequens, populosa, antiqua potens, fertilis, gravida bellis.

Itali.

Itali, Italidæ, Italici, Ovid. lib. 14. Littore in Italico Messenia mœnia, contra Latini

Laurentes, Lavinii, Laurenti, Tyrrheni, Laurentii, Latiales

Ausones, Ausonii, Ausonidæ: Lucanus lib. 9. Grata vice mœnia reddent Ausonidæ Phrygibus

Judæi.

Judæi, Judaici, Hebræi, Appellæ, Gens antiqua Palestini, Circumcisi, vide Synonyma priora, *Jew.*

Judea.

Judæa, olim Palestina & Chananæa vocabatur.

Juliomagus.

Juliomagus, Andium civitas in Gallia, nunc Andegavia. Angiers.

Julius, vide *Ascanius.*

Julius mensis, vide *Quintilis.*

Juno.

Juno Saturni fingitur filia, soror & conjux Jovis, quæ nubentibus & parientibus dicitur præesse, unde vocatur Pronuba, Lucina, & Conjuga, ac Socigena quod mares connubio fœminis societ

Saturnia Juno, Virg. Regin. Sceptrifera Regina deum, Jovis conjux.

Jupiter.

Jupiter, quasi juvans Pater, Saturni filius, Deorum summus, cœlo præesse, ibidemque pulso fulminare fingitur

Dictus Pater omnipotens

Diespiter, i. dici pater, ab Horat.

Lucerius, i. lucis pater, à Gellio

Saturnigena, à Mant.

Aegiochus nutritus à capra

Divum atque hominum rex a poëtis fingitur, Astripotens, altisonus

Hammon, Corniger, Pan omphæus

Altitonans, magnitonans, Omnipotens, Saturnius, Dodonæus

Cenæus, Summus deorum, Rector Olympi, Rex superum

Æthereus princeps, pater æthereus, sceptrifer, coruscus, fulminator

A diversis locis ubi colebatur diversa habet nomina, Dictæus, Olympius, Olympicus, Idæus, Casius

Chaonius, Latialis, Ausonius, Capitolinus, Pharius, Ammonius, id est, Arenarius à templo illi in arena constructo.

Juvenalis.

Juvenalis Satyrographus Poeta, Vates Aquinas, quæ illi patria fuit Ponta. Hinc rugat Aquinas tristè supercilium.

L

Lacedæmon & Lacedæmones.

Lacedæmon urbs Peloponensi alio nomine Sparta; dicitur etiam per Syncopen Lacon pro Lacedæmon.

Lacedæmones, Lacedæmonii

Tyndarei à Tyndaro rege Oebalia, & Helenæ patre: unde & Syllius Tarentum vocat Tyndarium

Spartani, Spartæ

Spartiatæ: Sidonius, Spartiatæ rupium variarum posuere crustas

Laconia.

Laconia provincia in Peloponneso, aliter vocatur Oebalia & Tenaris à Tenaro promontorio: Ovid. Tænaris est classi terra petita meæ. Idem. Excepit portu Tænaris ora suo.

Lacones.

Lacones Λάκωνες penultima producta, seu Laconici vocantur Oebalii & Oebalidæ Ovidius lib. primo Fastorum, Protinus Oebalii retulit

retulit arma Tati, Statius libro quinto Theb. Ambiguo visus errore acessunt Oebalidæ gemini

Therapnæi à Therapnis urbe Laconiæ: Ovidius lib. 5. Fast. Prima Therapnæo feci de sanguine forem

Tænarii & Tenaridæ, à Tænaro promontorio.

Laodamia.

Laodamia Bellerophontis, ex Achemone conjuge filia, quæ à Diana telis fuit confixa. Est & alia Laodamia, Acasti & Laodothex filia quæ maritum suum Protesilaum tenerrimè amavit; hæc Achastis & Achasti filia sicta est.

Lapithæ.

Lapithæ Thessaliæ populi Λαπίθαι, Centaurei vocantur, Virg. Nec Centaurea ora Lapithas compellit in enses. Peletronii quoque dicti, Sylvestre, semiferi, sævi, truces.

Latinus.

Latinus Laurentum rex, pater fuit Laviniæ

Faunigena, filius Fauni dictus, Ovid. Faunigenáque domo potitur, natáque Latini

Ausonius senex, aliis dicitur. Hinc Latini, Faunigenæ vocantur, Syl. lib. 8. Faunigenæ socios bello invasere Sicano.

Latona.

Latona filia Cei Titanis, à quo Titanis dicta, Ovid. Quique modo auderis genitam Titanida Coeo Latonam præferre mihi? Filia terræ

Gemellipara & Calauria dicta, Ovid.

Lavinium.

Lavinium urbs in Latio quæ post Laurentum dicta, & Laurolavinium.

Leander.

Leander Abydenus dictus ab Abydo oppido Asiæ, in littore Hellesponti, in quo natus erat.

Leucothoe.

Leucothoe Orchami Babyloniæ regis filia, in arborem thuriferam conversa, Orchamis & Arbor Thurifera appellata est.

Lybia.

Libya Λυβίη, Libye, es, Africæ pars in Pentapolis & pro tota Africa ponitur poëtis, Luc. lib. 1. per calidas Libyæ sitientis arenas

Terra Lybissa, Terræque in fine Lybissæ.

Lybici.

Lybici, Lybissini, Marmarici à Marmarica regione Africæ. Syllius lib. 1. Marmaricis ales populis responsa canebat

Nasamonii & Nasamoniaci à Nasamonibus populis Libyæ.

Licii Patarei.

Licii Patarei quoniam Patara est urbs Liciæ: Stat. lib. 1. Theb. Seu te Liciæ Patarea nivosis Exercent dumeta jugis.

Liguria.

Liguria à Ligusto Phaetontis filio nomen habens, Italiæ est regio quæ quoque vocatur

Ligustica ora, seu regio, cujus caput Genua, ostium maris Ligustici.

Ligures, vide *Genuenses.*

Lipara.

Lipara insula, prius Meligunis vocabatur, autore, Plin. l. 3. cap. 8.

Livius.

Livius historiographus Pavinus lacteo eloquentiæ fonte manans, ut scribit, D. Hier.

Antenorides dictus est à patria sua quam Antenor condidit.

Locrenses.

Locrenses, Hesperii. Ozolæ Ὀζόλαι, Locri, Locrii

Locridis populi

Logica.

Logica seu Logice differendi ut ait Boëthius magistra, à Zenone Philosopho qui Eleates erat, Eleatica doctrina dicitur, Philosophia Eleatica, Ἐλεατικὴ disputandi, differendi ar-

Loika

Lotharingia.

Lotharingia, auſtracia ſuperior, eadem Loreyne, & Lotharingi olim Leuci vocabantur.

Londinium.

Londinium, Londinum Ptolomeo, Londra vulgo vocatur, Britanniæ inſulæ Metropolis, per quam fluit Thameſis fluvius

Lucifer.

Lucifer Veneris ſtella, Phoſphorus, φωσφόρος
Stella matutinalis lucifera
Cythercius ignis, Syl. lib. 12
Haud ſecus Oceano rediens Cythercius ignis
Prævius, ſocius auroræ

Lucanus.

Lucanus Poëta Hiſpanus, patrem habuit Annæum a quo dictus vates Annæus. Unde quidam, Cæſaris Annæus caneret niſi prælia vates

Lucani.

Lucani, Tanagræi à Tanagro fluvio Lucaniæ Statius, Tanagræumque Phalantū

Luna, vide Moon, in priore parte; & Proſerpina & Diana.

Lutetia.

Lutetia, Galliæ urbs maxima & nobiliſſima, ab aliis Leucotia ſcribitur, quam Græci λευκοτίαν nominant ab albedine parietum, vulgo Pariſ. Unde quidam, Quæ Gallas inter populoſa Lutetia gentes. Nonnulli à luti frequentia ſic appellatam volunt Oppidum Parrhiſienſe.
Pariſius pro civitate apud doctos non invenitur, ſed Parrhiſii pro populis Lutetiam inhabitantibus apud Cæſarem in comment
Parrhiſienſes, Sequanæ accolæ.

Lydda.

Lydda Paleſtinæ Luceæ urbs, alio nomine Dioſpolis, hodie Rama vocatur

Lydi & Lydia.

Lydi ſeu Lydii, Λυδοὶ, populi majoris Aſiæ, aliter vocantur Mæonii, Mæones, & Mœonidæ, Virg. lib. 8. O Mæoniæ delecta juventus
Item Mæonici.
Gygæi à Gyge rege, ut Crœſii à Crœſo ditiſſimo Lydorum rege. Statius, lib. 12. Si Marathona metu, ſi tecta levaſti Crœſia
Lydia vocabatur prius Mæonia eſt enim provincia Aſiæ à Lydo filio Aty, ſic dicta

M

Macedones.

Macedones, Macetæ
Pallenæi, à Pallene urbe quæ olim Phlegra dicta fuit, ubi geſta eſt Gigantomachia, Statius, lib. 4. Syl. Et Pallenæos Phœbum laudare triumphos
Pæones quoque dicuntur a Pæonia regione, Statius lib. Achil. Præterea didici quo Pæones arma rotatu

Macedonia.

Macedonia, Pæonia
Æmathia idem, teſte Plinio

Mænades.

Mænades, Mimallones, Mimallonides, nec non & Baccæ, Bacchiades, Thyades, fœminæ Bacchantes Bacchi ſacra peragentes, Inſanæ, Ebrioſæ, Baſſaridis, Eleides, Edoniæ, Edonides, Enthriades, vide Bacchæ

Mahometiſtæ.

Mahometiſtæ, Mahometici Mahometici, Mahometigenæ Mahometis falſi prophetæ legem ſequentes
Turci ſeu Turcæ, teſte Pomponio

Mantua.

Mantua μάντυα
Urbs nobiliſſima & Ducatus Galliæ Ciſalpinæ.
Ociniaca
Urbs Tireſiæ dicitur, Manſ.
Urbs Bienoris Virg. Præpotens, aquatica, turrigera, vetus

Mantuani.

Mantuani

Mantuani seu Mantoi dicti sunt à Manto Tyresiæ filia
Bianorei & Bianoridæ à Bianore Mantus filio, qui aliter vocatur Ocnus, Virg. In Buc. Namque sepulchrum incipit apparere Bianoris. Pontanus in Manto, Quippe Bianoream manet hæc victoria gentem. Ocnæi nepotes
Ocnæi ab Ocno Mantus filio. Strozæ filius. Orbita ab Ocnæis evexit ad astra lacunis
Mincidæ & Mincigenæ à Mincio fluvio propinquo: Montanus, Vos ô Mincidæ vos ô mihi manes
Est boni

Mare rubrum.

Mare rubrum Erythræum mare. Sinus Arabicus
Mare Galileæ, Mare vel lacus Tiberiadis, qui Hebraicè vocatur Cinæreth, à Chaldæis Genezareth dicitur
Mare Adriaticum, & Adrianum
Adria masculini generis
Superum mare
Sinus Adriaticus, raucus, minax, tumidus, ventosus, iracundus, vide *Sea.*

Maria.

Maria, sacratissima virgo, Dei mater
Μαριαμ Græcè, Miriam Hebraicè dissyllabum est, domina vel magistra maris interpretatur
Deipara, Θεοτοκος
Dei genetrix, Christifera Verbigena, Jessea soboles Gloriosa domina
Deifera
Nympha Palestina, Mant.
Cœlica, Ætherea virgo
Inculpata, integra, sancta, casta
Diva, Augusta, pia, aurea, iunupta, iunuba virgo
Syderei mater formosa tonantis
Petrar. Virgo decens, quam sol vestit, stellæque coronant
Virgo illibata, intacta, inviolata, immaculata, intemerata, purissima, pudicissima, castissima speciosissima, ter sancta, spiritus sancti sacrarium, templum domini
Mater domini, Christi

Mars.

Mars, deus belli, qui per Epenthesin dicitur Poëtis Mavors, quod magna vertat. Furor impius
Præterea Gradivus, quum sævit, hastámque vibrat. Bellipotens
Sithonius dux, cruentus, funestus armisonus, Belliger, Bellicus, Ferus, Ferox, Sanguinolentus, Cruentus, Savus, Durus, Dubius, Indomitus
Marspiter, id est, Martis pater, procedem ponitur

Medea.

Medea μηδομαι, Æta regis Colchorum filia veneficiis clara
Poetis vocatur Ætias, Ætiasidis, apud Ovid.
Item Colchis pro Medea ponitur sicut
Phasias & Phasis, Ovid. Barbara per natos Phasias ulta suos

Mediolanensis.

Mediolanii, μεδιολανιοι, Mediolanenses, insubres
Hujus civitatis (ut legitur in quadam Ambrosii epistola) fundamentis jaciendis dum excavantur fossæ, ferunt in terræ visceribus inventam fuisse, (mirum dictu!) suem dimidiatim laniatam à quo portento inditum fuit Mediolanæ urbi nomen. Ad quod alluxit Claudianus de nuptiis Honorii & Mariæ scribens: Continuo sublime volans ad mœnia Gallis Condita, Lanigeræ suis ostentantia pellem pervenit. Item Sidonius. Rura paludicolæ tenuis populosa Ravennæ. Et quæ lanigera de sue nomen habet

Medusa.

Medusa, filia fuit Phorcy Hinc dicta Phorcynis & Phorcys, id est, Phorcy filia, Luca. lib. 9.
Squallebant late Phorcynidos arma Medusæ, Monstrum vipereum
Saxificus vultus, Anguiferum, colubriferum Gorgoneum caput. Anguicoma, Squamigera, Crinita, Medusea ora
Gorgonea, angui tenens, vide *Gorgon.*

Meleager.

Meleager & Meleagrus, Oenei Calydoniæ regis filius, ex Althea conjuge
Oenides, Calydonius heros Oeniu, heros appellatus

Memphis.

Mem-

Memphis quæ olim vocabatur Ægypti Metropolis clarissima Sultani quoque regia, nunc Cairum dicitur Latinè, Alkira vulgo Nilotica, Babylonia, fatidica, torrida

Menelaus.

Menelaus, filius fuit Atrei, frater Agamemnonis, maritus Helenæ, rex Spartæ
Atrides major dictus, Ov. Qua prius infesto Paris est ereptus Atridæ
Doricus hospes vocatur Sidonio
Tantalides, ab avo Tantalo, ut Agamemnon, vide *Agamemnon.*

Mercurius.

Mercurius, filius fuit Jovis & Maiæ, fingitur Deorum nuncius ac interpres, ob hoc Hermes dictus
Maia genitus, creatus, natus
Masugena, Cyllenides, Cyllenius
Cyllenia proles, Vir. Materno veniens ab avo Cyllenia proles
Volucer deus, aliger, penniger
Caduciser, Pacifer, Alipes deus. Jove natus. Deus ales, Pleiones natus. Pacifer deus, nepos Atlantis
Alius Mænalius. Est quoque planetarum infimus & minimus, alio nomine Stilbon ϛίλβων, id est radians vel splendens
Et quia nimis vicinus soli fingitur pruftus

Messana.

Messana, Zancle quod falcis formam referat sic dicta: Nunc Messina vulgo dicitur, Siciliæ civitas vetustissima

Metis.

Metis in Lotharingia alio nomine
Divodurum. Mediomatrices incolæ, qui & Mercenses

Midas.

Midas Phrygum rex ditissimus, cui Apollo asininas addidit aures
Berecynthius heros

Miletus.

Miletus urbs Ioniæ Legeis, Pityus. Anactoria authore Plin.

Minerva.

Minerva, sic dicta quod vim mineatur; ex Jovis seu patris cerebro nata, ut scribit Lucanus
Lanificii & texturæ nec non artium & sapientiæ repertrix
Dea quoque bellorum fingitur
Martis soror & auriga, truculenta, Belligera, ferox

Minos.

Minos filius Jovis & Europæ, rex Cretensium, fingitur judex inferorum post mortem. Propert. Non tamen immerito Minos sedet arbiter Orci
Agenoreus judex, apud Stat.
Cortyneus heros, apud Vir.
Dictæus, Gnosiacus rex
Cydoniacus arbiter judex
torvus, funereus, rigidus immitis, severus, justus

Molossi.

Molossi Epirotici, Chaonii Leucadii, vide *Epirus, Epirotæ*

Morpheus.

Morpheus somniorum deus
